# Badische Landesbibliothek Karlsruhe

## Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe


# Resolutorium dubiorum circa celebrationem missarum occurrentium


**Heynlin, Johannes**



**[Köln], 1493**

urn:nbn:de:bsz:31-306300



Visual Library

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg

+
Dg 193

M

AN 665 H.* 3182 = Inc 4335

AN 666 ~~H.* 9906~~
GW M07817
= BMC I, 279
= BSB-Ink I-471

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

In hoc Libro continentur ſequentia.

I. Epitoma Expoſitionis Canonis Miſſæ Gabrielis Biel. Spiræ. A. 1499.

II. Summula Raymundi compendio continens Sacramentorum myſteria. De Sortilegijs, Symonia, furto, rapina, uſura, atq; varijs caſibus resolutiones.

III. Tractatus Sacerdotalis de Sacramentis Deq; Divinis officijs et eorum administrationibus. Argentinæ. A. 1508.

IV. Directorium Miſſæ, iuxta curſum Diœceſis Moguntinæ. Moguntiæ A. 1509.

V. Reſolutorium dubiorum circa celebrationem Miſſæ occurrentium Joannis de Lapide Ord. Carthus. Coloniæ Anno 1493.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

# Reſolutoriũ dubiorꝝ circa celebrationem miſſarꝝ oc⸗currentium.

per venerabilem patrem dominum Johānem de la pide doctorem Theologum pariſienſez. ordinis Car tuſienſis. ex ſacrorum canonum probatorumqꝫ doctorum ſententijs diligenter collectum



# Summariū operis

Subſequentis operis in quo dubia circa miſſarum cele
brationem occurrētia pertractantꝫ diſtinctio. cum ſumma/
rio in ſingulis partibꝫ ꝯtentoꝝ expoſitione

Totus ſequens tractatus
in decem capitula partitur

Capitulum

I Premittit intentionem collectoris cū materia tractāda. tractā/
dorūqꝫ numero. diſtinctione ꝛ ordine

Eſt de dubijs occurrenti/bus circa:

II Miniſtrū ſiue pſonā ad celebrādū idoneam
iij Locum celebrādi ꝯuenientem
iiij Tempus ꝯgruū in quo celebrari debet
v Materialia exteriora que ad ornatū vel con/
gruentiam celebratōis requiruntur
vi Ceremonias ꝯſuetas ꝛ obſeruādas in miſ/
ſa et circa eam. tā in agendis ꝙ in dicēdis.
vij Materiā ad ꝯſecrādū aptā. panē ſcꝫ ꝛ vinū
viij Conſecratōis iſtiꝰ ſacramēti debitā formā
ix De intentione ac rōne eoꝝ que in miſſa dicūtur
x. De rōne et ſignificatōe eorum que in miſſa et circa eam arguuntꝫ
cum breui epilogo et ꝯcluſione huius operis

## Capitulum primum habet duos tractatus

Articulus

Primus premittit collectoris intentiōeꝫ. materiāqꝫ tretādā annotat
Secūdus per reſolutōem dubij exponit tractandorum numerū. diſtinc/
tionem atqꝫ ordinem

## Capitulum ſecūdū q̄nqꝫ includit articulos

Resoluit ſeptem dubia circa miniſtrum celebraturuꝫ ratione ordinis et
officij ſui executionis occurrentia — Arti. ꝑmus

Dubium

I Quis ſit miniſter ad celebrādū idoneꝰ q̄ꝫtū ad pſone ꝯditōnem
II De eo qui credit ſe in ſacerdotem rite eſſe ordinatum. et tamen
non eſt ſic ordinatus
iij De eo q̄ poſt miſſam inceptā hꝫ ꝯſciam ꝙ non ſit rite ordinatus
iiij De heretico. ſciſmatico. degradato ꝛc̄. an ſcꝫ tales poſſint ꝯficere
hoc ſacramentū ꝛ ordinate celebrare
v De eo qui poſt miſſam inceptā recordatꝫ vel pcipit ſe eſſe excom/
municatū. de quo prius nō habuit memoriā aut neſciuit
vi. De eo qui poſt miſſam inceptā hꝫ remorſum de irregularitate

Reſoluit ſeptē dubia q̄ incidūt circa diſpōnem corpis ipſius miniſtri — Articulꝰ. ij.

Dubium

I De ſacerdote muto vel priuato loquela
II De eo qui habet aliquem alium corporis defectum
iij De ſacerdote leproſo

# Summarium

iiij De patiente morbum caducum
v De eo qui patitur fluxum ſanguinis vel ſeminis
vi De polluto pollutione nocturna

Articulꝰ.ij Reſoluit decem dubia emergentia circa habitudinē mentis ipſius mini
ſtri celebraturi q̄ntum ad intentōem. vſum rōnis. culpam ⁊ grām.
I An requiratur intentio miniſtri
II Quid celebraturus intendere debeat
iij Qualis debeat eſſe intentio. an ſcꝫ actualis requiratur
iiij De ſacerdote furioſo. lunatico. vel alia ex cā vſu ratiōis ꝓuato
v De ſacerdote demoniaco
Dubium vi De eo qui eſt in peccato mortali
vij De certitudine requiſita ꝙ non ſit in peccato mortali
viij De eo qui eſtimat ſe eſſe in peccato mortali licet non ſit.
ix De eo qui poſtq̄ꝫ miſſam incepit vel preparatus eſt recordatur
peccati mortalis de quo non eſt confeſſus
x De ꝑpetrāte peccatū luxurie ⁊ ſtatim poſt h̄ penitēte ac ꝯfitēte.

Articulꝰ.iiij Reſoluit ſeptē dubia q̄ oriūtur circa ieiuniū. ſobrietatē. ⁊ ſomnū miniſtri
I De ieiunio ad miniſtrum celebraturum requiſito
II De recordante poſt miſſam ſe ieiunium ſoluiſſe
iij De eo qui tranſglutiuit reliquias poſt ꝯmeſtionē in ore relictas.
iiij De eo q̄ gargariſando vł os lauādo pax aq̄ aut vini trāſglutiuit
Dubium v De eo qui cibum vel potū tarda hora ſumptū nondū digeſſit
vi De eo qui vomitum patitur vel paſſus eſt
vij De eo qui per totam noctem non dormiuit

Articulꝰ.v. Reſoluit quinq̄ꝫ dubia circa celebrationis abſtinentiam eiuſdemq̄ꝫ fre-
quentiam occurrentia
I De omnimoda celebrationis abſtinentia
ij De celebrationis frequentia
iij De celebratione quotidiana
Dubium iiij De eo qui ad celebrationem bene diſpoſitus eſt. et tamen abſti-
net propter ſacramenti reuerentiam.
v De celebratione vno die pluries fienda

## Capitulum tercium duos ꝯtinet articulos

Arti. primus Reſoluit quinq̄ꝫ dubia circa locum celebrandi communem (videlicet ec
cleſiam) incidentia
I Quis ſit locus ꝯmunis debitus et ꝯueniens ad celebrandum.
ij An licite poſſit quis extra eccleſiam celebrare
Dubium iij Quid agendum ſi in aliqua regione nō inueniat̄ eccleſia ꝯſecrata
iiij An in mari aut fluminibus liceat celebrare
v An in omni loco conſecrato licite poſſit celebrari

Articulus.ij Reſoluit ſeptem dubia que circa locum proprium (videlicet altare) oc-
currere poſſunt

# Operis


¶ Reſoluit ſex dubia que circa locū ꝓpriū ſcʒ altare occurrere poſſunt — Articulꝰ .ij.
I An licite celebrari poſſit ſuper aliquo alio ꝗ̃ altari
ij De qualitate altaris
iij De operimentis ⁊ ornatu altaris
iiij An ſuper quolibet altari ꝯſecrato liceat celebrare — Dubium
v De altaris portatilis ⁊ ad celebrandum apti quantitate
vi De omiſſione alicuius ſuprapoſitorum

¶ Capitulum quartū duos includit articulos

Reſoluit q̄tuor dubia occurrentia circa tp̄s celebrādi ꝯmune. ſcʒ diem — Arti. primus
I An indifferenter in nocte ⁊ in die liceat celebrare
ij An ne in aliqua nocte quis licite poſſit celebrare — Dubium
iij An liceat ante initium diei celebrare
iiij De celebrante qui credit diem incepiſſe ⁊ tū nondum incepit
Reſoluit tria dubia q̄ ſe offerūt circa tempꝰ celebrandi ꝓpriū. ſcʒ horam — Articulꝰ .ij
I Qua hora diei celebrare liceat
ij A quo tempore accipiendum ſit principium diei
iij De non obſeruante tempus celebrandi debitum — Dubium

¶ Capitulum quintum habet tres tractatus

Reſoluit quinqʒ dubia q̄ circa veſtes ⁊ indumenta ſacerdotalia inſurgūt — Arti. primus
I An celebraturus ſpēalibꝫ debeat indui veſtibꝫ ⁊ indumentis
ij Que et quot ſint huiuſmodi indumenta
iij De benedictione talium veſtium
iiij De celebrante abſqʒ veſtibꝫ et indumentis benedictis — Dubium
v De mundicia talium veſtium et indumentorum ceterorumqʒ correquiſitorum
Reſoluit quatuor dubia que circa vaſa ad celebrandum oportuna ⁊ neceſſaria occurrunt — Articulus .ij.
I An ad celebrandum ſpecialia requirantur vaſa
ij Que et quot ſint huiuſmodi vaſa — Dubium
iij De materia talium vaſorum
iiij De conſecratione talium vaſorum
Reſoluit octo dubia circa circunſtantias et alia exteriora ad miſſam occurrentia et neceſſaria — Articulꝰ .iij.
I De neceſſitate libri miſſalis
ij De exigentia ignis ſiue luminis candele
iiij De oportunitate miniſtrantis ipſi celebranti
iiij De conditione et qualitate miniſtrantis
v Quid ſi miniſtrans recedat de altari dimittendo celebrantem ſolum. et poſtea reuertatur — Dubium
vi Quid ſi poſtea non reuertatur
vij Quid de ſacerdote recluſo vel heremita ⁊ ſolitario celebraturo.
viij Quid ſi quis omittat aliquid de ſupradictis requiſitis

# Summarium

## Capitulũ ſextũ tres in ſe claudit articulos

Arti. primus Reſoluit decem dubia que oriũtur circa agenda ⁊ dicenda ante miſſam
I An aliquid ſpecialiter ante miſſam agendum ſit
ij De debita et ſufficienti preparatione ad celebrandum
iij Qualiter et in quibus celebraturus ſe debeat ꝓbare ⁊ examinare
iiij Quanta requiratur diligentia ad predictam examinationem
v De certitudine ſufficientis diligentie
vi In quo conſiſtat ſufficiens conſcientie purgatio
Dubium vij Quid ſi celebraturus non poſſit habere confeſſorem
viij De ornatu conſcientie celebraturi
ix An requiratur ꝑſolutio horarũ canonicaruꝫ ante celebrationem.
x An preter ſuꝑdicta ſint aliqua alia ante miſſam dicẽda vel agẽda

Articulus. ij. Reſoluit quatuordecim dubia circa dicenda ⁊ agenda in miſſa modũqꝫ dicendi atqꝫ agendi incidentia
I Que ſint in miſſa dicenda et agenda. et quo modo
ij An aliquid in miſſa dici debeat quod in miſſali nõ ꝯtinetur
iij An verba canonis ſecrete dici debeant
iiij An cetera verba alta et intelligibili voce dici debeant
v An in memorijs debeat aliquorum fieri nominatio
vi An ante celebratõem poſſit haberi memoria aliquoꝝ nomiatim.
vij An requiratur attentio celebrantis circa dicenda ⁊ agenda
viij An requiratur deuotio in celebrante
ix An celebrans debeat ſtare capite diſcooperto
Dubium x De quo debeat fieri ablutio poſt ſumptionem ſanguinis
xi An ſacerdos a miſſa incepta poſſit deſiſtere
xij Quid ſi ſacerdos miſſa incepta moriatᷣ vel in infirmitatẽ incidãt.
xiij Quid ſi celebranti ſanguis per nares erumpere incipiat
xiiij De ſacerdote omittente aliquid vel aliqua de ſuperioribus

Articul9. iij. Reſoluit quatuor dubia que occurrunt circa dicenda. agenda. ⁊ cauenda poſt miſſam
I An aliqua ſpecialiter ſint dicenda poſt miſſe celebrationem
Dubium ij An aliqua ſint ſpecialiter agenda poſt miſſam
iij Que ſint poſt celebrationem cauenda
iiij An ſtatim poſt miſſe celebrationem liceat comedere vel bibere

## Capitulum. vij. ſex ꝯtinet articulos

Arti. primus Reſoluit ſex dubia circa panem conſecrandum occurrentia
I Quis et qualis debeat eſſe panis conſecrandus
ij Quid ſi ſacerdos percipiat panem non eſſe triticeum vel indebite fore confectum
Dubium iij Quid ſi panis appoſitus percipiatur eſſe corruptus
iiij Quid ſi panis non fuerit appoſitus vel ablatus ⁊c̃
v Quid ſi panis ſit diſpoſitus ad corruptionem
vi An in aliquo caſu ſacerdos poſſit dicere miſſam. ⁊ nõ conſecrare.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Reſoluit hic octo dubia que incidunt circa panem conſecratum in alta-ri ante ſumptionem — Articulꝰ .ij.
I An ſacerdos panem conſecrans teneať ſumere panē ꝯſecratum
ij An tali caſu teneatur ſemper totum panem ꝯſecratū ſumere — Dubium
iij Quid agendum de particulis ab hoſtia conſecrata reſolutis
iiij Quid agendum ſi hoſtia vel pars hoſtie ceciderit in calicem de manu celebrantis
v Quid agendum ſi ceciderit hoſtia vel eius particula ſupra terraꝫ aut lapidem. aut ſupra aliud huiuſmodi
vi Quid ſi ſacerdos tangat hoſtiā cū naſo.barba.mento. aut veſte
vij Quid ſi hoſtia ꝯſecrata aliq̄ caſu fuerit amota de altari ⁊ amiſſa.
viij Quid ſi corpus chriſti appareat ſub ſpecie carnis vel pueri
Reſoluit ſeptē dubia circa corpus chriſti poſt ſumptiōem occurrentia — Articulus .iij
I Quid ſi ī ſumptōe ſanguinis remaneat ꝑs hoſtie in fundo calicis
ij Quid ſi poſt ſumptionem ſanguinis chriſti reperiantur particule de hoſtia reſolute
iij Quid ſi poſt ſumptionem ſanguinis chriſti reperiatur ſuper alta-ri hoſtia aliqua integra
iiij Quid agendum eſt ſi celebrans ſtatim poſt ſumptionem corpo-ris chriſti patiatur vomitum
v Quid ſi quis poſt ſumptionem ſtatim emittat per ſeceſſum — Dubium
vi Quid ſi hoſtia ꝯſecrata ⁊ reſuata īueniať putrefacta aut corrupta
vij Quid ſi hoſtia ꝯſecrata comeſta fuerit a mure vel alio aīali bruto
Reſoluit .xiiij. dubia que ſe ingerūt circa vinum priuſq̄ꝫ conſecretur — Articulꝰ iiij.
I Quod et quale debeat eſſe vinum conſecrandum.
ij Quid ſi loco vini alius liquor fuerit poſitus in calicem
iij Quid ſi impoſitum fuerit vinum corruptum
iiij Quid ſi ex negligentia nihil in calicem poſitum fuerit
v Quid ſi vinum calici impoſitum ſit diſpoſitum ad corruptionem
vi An in muſto poſſit confici hoc ſacramentum
vij An vue integre permiſceri poſſint vino conſecrando.
viij An ꝯfici poſſit hoc ſacramentum in nectare vel vino condito — Dubium
ix An poſſit confici in vino puro ſine permixtione aque
x Que et qualis debeat eſſe aqua vino permiſcenda
xi De quantitate aque vino permiſcende
xij An ſufficiat ꝙ aqua vino permiſceatur in dolio
xiij An liceat ſacerdoti celebranti non conſecrare vinum facta prius conſecratione panis
xiiij Quid ſi vinū dum ꝯſecrari debet deprehendatur congelatum
Reſoluit octo dubia circa vinum ꝯſecratum ante ſumptōem incidentia
I Quid agendum ſi celebrans poſt conſecratōem percipiat aquaꝫ non fuiſſe vino admixtam — Articulꝰ .v.
ij An ſacerdos celebrans teneatur ſemper ſumere vinum conſecra-tum ſiue ſanguinem chriſti
iij Quid ſi ſacerdos aliq̄s nō poſſit ſumere vinū. ⁊ ſic neq̄ꝫ ſanguinē — Dubium

# Summarium

iiij Quid ſi cum ſumi debet ſanguis xpi.ſpecies vini ſit ꝯgelata
v Quid ſi aranea.muſca.vel aliquid tale huiuſmodi caſualiter cecí derit in ſanguinem chriſti
Dubium vi Quid ſi ante ſumptionem ſanguinis chriſti celebrans percipiat venenum eſſe immiſſum
vij Quid ſi ſanguis in in pte fuerit effuſus.aut de calice ſtillauerit
viij Quid ſi ſanguis ex toto fuerit effuſus

Articulꝰ.vi Reſoluit ſex dubia q̄ circa ſanguinem poſt eius ſumptionem occurrunt
I Quid ſi ſacerdos poſt ſumptionem ſanguinis percipiat aliquam guttam adherere calici
ij Quid ſi huiuſmodi guttam percipiat adherere caſule.manipulo. vel alteri huiuſmodi
iij De ablutōe digitoꝝ facienda ſup calicē poſt ſanguis ſumptiōez
Dubium iiij De eo qui poſt ſumptionem corporis vel ſanguinis chriſti vrgeatur ſputo vel tuſſi vel ſcreatione
v De patiente vomituz poſt ſanguinis chriſti ſumptōem vel emittente per ſeceſſum
vi Quid ſi ſacerdos poſt ſumptionem ſanguinis chriſti deprehendat venenum aut animal venenoſum fuiſſe in calice

## Capitulū.viij.duos ꝯprehendit articulos

Arti.primus Reſoluit.xvi.dubia circa formā ꝯſecrationis panis emergentia
I Que ſit ſufficiens et debita forma conſecrationis panis
ij An hec coniunctio.Enim.ſit de ſubſtantia forme
iij An ſacerdos proferens ſolum verba conſecrationis ſuper panem aptum conſecret illum
iiij An per illa verba in aliud idioma mutata fiat conſecratio
v An ſacerdos addēdo aliq̄ alia v̄ba ad p̄dictaz formam conſecret
vi An diminuēs vel ſubtrahēs aliquid de predicta forma ꝯſecret.
vij An incongrue proferens verba ꝯſecrationis conſecret
viij An faciens tranſpoſitionem verborum conſecret
ix An faciens interuallum in prolatione verborum conſecret
Dubium x Quid ſi celebrans non recolat ſe dixiſſe verba conſecrationis.aut aliqua alia que dici debent
xi An ſacerdos per illā formā poſſit ꝯſecrare panem abſentem
xij An ſacerdos poſſit conſecrare omnem panem preſentez.in quacunqꝫ quantitate fuerit
xiij An ſacerdos verba conſecrationis proferendo conſecret omnem panem ſuper altari exiſtentem
xiiij An pluribꝰ hoſtijs appoſitis.⁊ ſacerdote intentōem ſuā in platione v̄boꝝ ſolū ad illā dirigēte quā manu tenet oēs ꝯſecrentur
xv Quid ſi ſacerdos intendat ꝯſecrare ſolum centum hoſtias.⁊ appoſite ſint plures vel pauciores
xvi Quid ſi appoſite ſint multe hoſtie.et ſacerdos intendat ſoluz aliquas illarum conſecrare

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

# Operis

Reſoluit tria dubia. que incidunt circa formam ꝯſecrationis vini — Arti. ij

- I Que ſit ſufficiens ⁊ debita forma ꝯſecrationis vini
- ij An omnia verba in illa forma poſita ſint de ſubſtãtia forme — Dubium
- iij De ſignificatione huius dcõnis calix in forma predicta

## Capitulũ nonum ſex in ſe continet articulos

Premittit diuiſionem totius miſſe in qnq; ptes principales. In quaꝝ — I, ij, iij, iiij, v — fit: Preparatio, Oblatio, Conſecratio, Sumptio, Gratiarũactio — Arti. i.

Arti. ij, iij, iiij, v, vi — Subdiuidit partem: Primam, Secundã, Terciam, Quartam, Quintam — Et exponit intentionẽ ac rõem eoꝝ q̃ in ipſa dicunt

## Capitulum decimũ habet articulos duodecim

Enumerat decem generalia que in miſſa p̄ſertim ſolemni ⁊ circa eam agunt. quoꝝ — I, ij, iij, iiij, v, vi, vij, viij, ix, x — eſt:

- I Lotio
- ij Thurificatio
- iij Altaris oſculatio
- iiij Sacerdotis verſio ⁊ ſalutatio — Arti. i.
- v Geſtus variatio
- vi Iterata crucis ſignatio
- vij Hoſtie fractio
- viij Partis hoſtie in calicẽ miſſio
- ix Oſculi pacis datio
- x Vini nõ ꝯſecrati ſumptio

Arti. ij, iij, iiij, v, vi, vij, viij, ix, x, xi — Declarat rationẽ ⁊ ſignificationẽ: primi, ſecundi, tercij, quarti, quinti, ſexti, ſeptimi, octaui, noni, decimi

xij Continet breuem epilogũ cum ꝯclõne huius operis.

Finis ſummarij

# Capitulum

Incipit tractatus dubioꝝ ac difficultatū circa officium miſſe ⁊ eā que ad debitam eiuſdē celebrationē exiguntur freq̄ntius occurrentiū. iuxta ſacroꝝ canonū ꝯſtitutiones. ꝓbatoꝛūqꝫ doctoꝝ firmiores atqꝫ tutiores ſententias reſolutorius

## Capitulū primum. De intentione collectoris. ⁊ materia tractanda. tractandoꝛūqꝫ numero. diſtinctione atqꝫ oꝛdine duos continens articulos.

Arti. i. Premittens prefationē. intentum. tractandaqꝫ exponentem

### Prefatio

Officium quāto maius ⁊ dignius eſt. tanto cum maiori cura ſollicitudine atqꝫ diligentia exercendū eſt. Grauius eñ quis delinquit ſi exequēdo circa hoc negligentiā. defectum vel erroꝛem aliquē admiſerit. Inter omnia aūt officia humane facultati ꝯmiſſa nō eſt aliqđ maius dignius aut difficilius. q̄ȝ debita miſſaꝝ celebratio In qua ſacramentū coꝛpoꝛis ⁊ ſanguinis iheſu xpi redēptoꝛis noſtri cōſecratur. immolatur ⁊ ſumit᷑. Sacro canone atteſtāte Non modica inquit res eſt vnā miſſam facere Et valde felix eſt. qui vnā digne celebrare p̄t. Reſtat igit᷑ vt nuſq̄ȝ cum grauiori ꝑiculo peccetur. q̄ȝ ſi in executiōe huius digniſſimi officij negligentia vel erroꝛ ꝯmittat᷑. Ꝓpter vt ſacerdotes ſimplices qui noticiā canonū non hn̄t. neqꝫ ſemꝑ facilem recurſum ad ſuꝑioꝛes ſuos aut ad viros doctos habere pn̄t. melius cauere valeant ne circa maximū iſtud miſterium deficiāt vel errent. Et vbi aliqđ hoꝛum ꝯtigerit. debitis remedijs emendare ſciant. valde vtile atqꝫ neceſſariū foꝛe iudicauimus. vt circa hec opoꝛtuna eis tradatur inſtructio Qđ vt lucidius fiat circa ſingula que ad debitam miſſe celebrationē exiguntur. dubia freq̄ntius occurrētia mouebunt᷑. Ex quoꝝ reſolutionibꝫ ꝯgrua ipſis defectibꝫ ⁊ erroꝛibꝫ remedia atqꝫ cautele poterunt adhiberi

Arti. ij. Numerū diſtinctionē ⁊ oꝛdinem tractandoꝝ ꝑ dubij ſolutionē p̄notās

Ad prenoticiā tractandoꝝ premittitur hoc dubium

Dubium. i. Quot ⁊ que ad debitā ac oꝛdinatā digniſſimi ſacramēti eucharíſtie ⁊ miſſe celebratiōem requirant᷑

Cuius ſolutio eſt.

Sol. Qꝫ ſunt nouē generalia. ad que oīa neceſſaria reduci pn̄t

I Miniſter ſiue ſacerdos ad celebrandum ydoneus

ij Locus celebrādi ꝯueniens

iij Tempus celebrādi ꝯgruum

iiij Materialia ad oꝛnatū vel ꝯgruentiam celebrationis opoꝛtuna. vt veſtes. ⁊ cetera hmōi

v Ceremonie i dicēdis ⁊ agēdis ꝯſuete

vi Materia ad ꝯſecrandum apta. ſ. panis ⁊ vinum

vij Forma ꝯſecratōis vtriuſ3 debita
viij Noticia intentiōis ac rōnis eorum que in miſſa dicūtur
ix Intelligentia rōnis ⁊ ſignificatiōis eoꝝ q̄ in miſſa ⁊ circa eam aguntͬ

¶ Circa hec que dubia ac difficultates ſepius obuiēt ſacerdotib9 miſſas celebraturis aut celebrantib9.ꝑ nouem ſequētia capl'a elucidabitur

## ¶ Capitulū ſecundū de dubijs occurrentib9 circa miniſtrū ſiue ꝑſonā ad celebrandū idoneā quinq3 includēs articulos

¶ Sex dubia reſoluens circa miniſtrū celebraturū rōne ordinis ⁊ officij ſui executionis occurrentia **Arti. i.**

I Quis ſit miniſter ydoneus ad celebrandū ⁊ ꝯficiendū ſiue cōſecrandū corpus ⁊ ſanguinē criſti

Sol. Solus ſacerdos rite ordinatus

ij Utrum ille q̄ credit ſe rite eſſe ordinatū ⁊ tñ non eſt rite ordinatus.ꝯficiat hoc ſacramentū

Sol. De hoc nō habetͬ certitudo. pie tñ credi p̄t ꝙ ꝯficiat ꝟtute eccleſie.⁊ ꝙ ſummus ſacerdos ſuppleat defectū.⁊ ꝙ nō ꝑmittat periculū imminere eccleſie ſue.⁊ eam decipi

iij Quid agendū.ſi quis poſt inceptā miſſam habeat ꝯſcientiā ꝙ nō ſit ſacerdos rite ordinatus

Sol. Si hoc ꝯtingat ante ꝯſecrationē.tunc dimittat miſſam imꝑfectā aut ꝯſcientiā deponat.Si poſt ꝯſecrationē.ꝓcedat.⁊ poſtea ſuperiorē ſuum accedat.⁊ caſum ſibi exponat

iiij Utrū hereticus.ſciſmatic9.degͣdatus.infamis.irregularis.excōicatus vel ſuſpēſus poſſit ꝯficere hoc ſacrm̄.⁊ ordinate celebrare **Dubium**

Sol. Quilibet iſtoꝝ p̄t ꝯficere.ſ3 nō debet.q2 ꝯficiendo peccat.Et ita nullus ipſoꝝ poteſt ordinate celebrare

v Quid agendū ſit.ſi q̄s poſt miſſam inceptā recordetͬ ſe eſſe excōicatū.de quo ꝑus nō habuit memoriā

Sol. Si ꝯtingat hoc añ ꝯſecrationē tutius eſt vt miſſam deſerat.niſi timeatur graue ſcandalū.Si ꝓo poſt ꝯſecrationē.aſſumat ꝓpoſitum humilr̄ petēdi abſolutionē ⁊ ſatiſfaciēdi.⁊ ꝓcedat in miſſa

vi Quid agendū ſit.ſi quis poſt miſſam inceptam habeat remorſum de irregularitate

Sol. Si fiat añ ꝯſecrationē.tutius ē ꝙ miſſam deſerat Si poſt ꝯſecrationē.doleat.⁊ ꝓponat atq3 conetͬ facere qd̄ in ſe eſt.⁊ ꝓcedat

¶ Reſoluēs ſex dubia que incidunt circa diſpōnem corporis ipſius miniſtri **Arti. ij.**

I Utrum ſacerdos mutus vel loquela ꝑuatus poſſit ꝯſecrare ſeu ꝯficere hoc ſacramentū

Sol. Non.o3 eñ ꝯficientē habere facultatē ſmonis ſiue loquele. quā ſi amiſerit poſt ſuſceptū ordinē ꝯficere non p̄t. eo ꝙ nō p̄t verba ꝯſecrationis ⁊ alia ꝓferenda vel dicēda dicere

ij Utꝝ hñs aliquē aliū defectū in corꝑe poſſit miſſam celebrare

# ¶ Summariū

Sol. Si hꝫ aliquē defectū qui reddit eum inhabilē aut impotentē ad dicendū vel faciendū ea que ad debitam celebrationē exigunt puta ſi careat viſu vel digitis quibꝯ tractari leuari vel frangi debeat hoſtia. Uel ſi habeat aliū defectū notabilē. qui ſm̄ iudicium prelati ſui ordinarij generet ſcandalū ſi celebret. nō pt̄ celebrare. Quis poſſit alia q̄ ſunt ſacerdotal' ordinis exercere

iij Utrum leproſus poſſit celebrare miſſam

Sol. Si nō ſit factus impotēs per corroſionē membroꝝ. poteſt celebrare in occulto. Corā alijs tn̄ leproſis p̄t etiā celebrare ī publico

Dubium

iiij Utrum patiens morbum caducum poſſit celebrare

Sol. Si cadat freq̄nter. vel emittat ſpumā aut vocem ꝯfuſam. nō poteſt celebrare. Si vero raro cadat. nec emittat ſpumā ꝛc̄. poteſt dūmodo habeat coadiutorē ſacerdotem

v Utrum patiēti fluxū ſanguinis vel ſeminis liceat celebrare

Sol. Licet. niſi aliud impedimentū obſtet. Si quis talem fluxum ſanguinis patiatur. vt ſuſcepta in ſtomacho ſtatim ꝑ ſeceſſum emittat. celebrare nō debet.

vi Utrū pollutus pollutione nocturna poſſit licite celebrare

Sol. Polutio nocturna q̄uis ſm̄ ſe ꝯſiderata non ſit peccatū ex eo q̄ abſq; vſu liberi arbitrij ꝯtingit. tn̄ rōne ſue cauſe hꝫ q̄nq; peccatum annexū. cuius eſt effectus vel ſignum ¶ Ideo p̄mo ꝯſideranda eſt pollutionis nocturne cauſa. que triplex eſſe p̄t. Prima eſt extrinſeca ſp̄ualis. ſ. demonū illuſio. que q̄nq; ꝓuenit ex precedēti negligētia preparationis ad deuotionē. preſertim cum quis ad dormiendū accedit. que poteſt eſſe peccatū vel mortale vel veniale. Quādoq; vero ꝓuenit ex ſola nequicia demonū volentiū impedire hoīem a ſumptione huius ſacramēti. ¶ Secunda cauſa eſt intrinſeca ſp̄ualis. ſ. cogitatio p̄cedens laſciua que q̄nq; ē ex ꝯcupiſcētia ꝛ delectatione. vbi ſi aſſit ꝯſenſus erit peccatū mortale. Si aūt deſit ꝯſenſus erit pctm̄ veniale. Quādoq; aūt poteſt eſſe ſine oīm peccato. vt cum aliq̄s cauſa lectionis vel diſputatōis cogatur de talibus cogitare. Et ſi hoc fiat ſine ꝯcupiſcentia ꝛ delectatiōe. nō erit cogitatio inmūda. ſꝫ honeſta. ex qua tamen pollutio ſequi poteſt ¶ Tercia cauſa eſt intrinſeca ꝛ corporalis. videlicet ſupfluitas vel debilitas nature aut ſupfluitas cibi vel potus. que q̄nq; eſt cū peccato vel mortali vel veniali. vt cum prouenit ex ſuperfluitate cibi vel potus. Quādoq; autē eſt ſine peccato. vt cum ꝓuenit ex debilitate nature ¶ Si igitur pollutio ex aliqua dictaꝝ cauſaꝝ ꝯtingat. put eſt cum peccato mortali. nō licet polluto celebrare niſi poſt viginti quatuor horas ¶ Si vero accidat ex aliqua illaꝝ cauſaꝝ ſm̄ q̄ eſt ſine peccato vel ſolū cum veniali peccato. poteſt pollutus licite celebrare ¶ Uerum tamē ſi propter reuerentiā abſtineat laudādus eſt. niſi neceſſitas vel vitatio ſcandali vrgeat. Uerum quia nō ſemꝑ de facili poteſt percipi ex quali cauſa p-

uenīat. Jdeo in dubio tutius eſt abſtinere. niſi vrgens neceſſi/
tas incūbat. vel deuotio ſpēalis inſtiget. aut al's nulla indiſpo
ſitio debite reuerentie obuiās aſſit. Jta ſentiendū videt̃ de
pollutōe nocturna. ſiue in ſomno ſiue in vigilia fiat. Niſi q̄s
poſt euigilatōem habeat ꝯſenſu deliberato ꝯplacentiā in delec
tatione et cū appetitu futuri opis. in quo caſu tutius abſtinet̃.

Reſoluit decem dubia emergentia circa habitudinē mentis ipſius mini/ Articulꝰ .iij
ſtri celebraturi. q̄tum ad intentōem. vſum rōnis. culpam ⁊ gratiaȝ

I Utrum ad conficiendum hoc ſacramentum ⁊ celebrandum re/
quiratur intentio miniſtri

Sol Cum ad ꝑfectōem cuiuſlibet ſacramenti requiratur intentio mi
niſtri. eo q̄ ꝑfectio illa fit per actū humanū a volūtate ꝓceden
tem. que per intentōem determinat̃ ⁊ ſpecificat̃. ꝯſtat q̄ maxi/
me ad ꝯficiendum et celebrandum hoc excellentiſſimum ſa/
cramentum exigitur intentio miniſtri. Unde et quedam glo
ſa ſuper Matheū dicit. Quantū intendis tantum facis

ij Que debeat eſſe intentio ſacerdotis. ſiue quid debeat intendere
ſacerdos conſecrare volens

Sol In omnibꝫ ſacerdos debet intentōem ſuā ꝯformare intentiōi ec/ Dubium
cleſie. hoc eſt q̄ intēdat illud facere q̄d eccleſia intendit ⁊ facit
cuius ipſe in hm̄oi eſt miniſter. Jntendit aūt eccleſia facere q̄d
xp̄s fecit. Chriſtꝰ ꝟo trāſſubſtātiauit panē i corpꝰ ſuū ⁊ vinū
in ſanguinē ꝑ ꝟba ꝯſecratōis. hoc etiā debꝫ intēdere ſacerdos

iij Qualis intentio circa ꝓlatōem ꝟboꝝ ꝯſecratōis neccārio req̄rat̃.
an ſcꝫ ſemꝑ actualis exigatur vel aliqua alia ſufficiat

Sol Intentio actualis nō neceſſario requirit̃. intētio aūt ꝟtualis ſem
per neceſſaria eſt Dicit̃ aūt intentio virtualis cū quis ꝑus ha
buit actualem intentōem ꝯſecrādi. ⁊ ex illa motus eſt ad cōſe
crandū. poſito q̄ actualiter nō cogitet q̄n ꝟba ꝯſecratōis pro
fert. virtualiter em̄ manet intentio prima. ⁊ hec ſufficit niſi con
traria intentio ſequatur Uerumtamen ſtudioſe curare de/
bet ſacerdos vt etiam actualem intentiōem adhibeat. aliquin
timendum eſt q̄ a peccato non excuſetur

iiij Utrū ſacerdos furioſus. lunaticus. vel alia ex̄ cauſa vſu rationis
priuatus poſſit conficere hoc ſacramentum et licite celebrare.

Sol Quia ad ꝯſecratōem huius ſacramenti requirit̃ intētio miniſtri
vt circa reſolutionē ꝑmi dubij huiꝰ articuli pꝫ. exigitur etiam
ad celebratōem deuotio ⁊ ſuiipſius examinatio. vt infra dicet̃
Jdeo ſi quis ita vſu rōis quacūq̄ȝ ex cauſa ſit priuatꝰ vt nūq̄ȝ
hec haberi poſſit. neq̄ȝ cōficere p̄t neq̄ȝ celebrare. Si vero raro
vſu rōnis priuet̃ ⁊ illo frequenter vtat̃. neq̄ȝ obſtet aliud impe
dimentum. ꝯficere quidem poteſt eo ipſo ⁊ celebrare. dummo
do habeat coadiutorem ſacerdotem

v Utrum demoniacus poſſit celebrare

Sol Si fuerit ex toto liberatus p̄t celebrare. al's nō poteſt. q̄d ꝑ expe/

rientiam probari poteſt. Eſt autem tempus probationis ar‑
bitrarium iuxta diſcretionem prelati. penſatis circūſtantijs
perſone vel dignitatis vel alijs huiuſmodi

vi Utrum exiſtens in peccato mortali poſſit ꝯficere hoc ſacramen‑
tum et licite celebrare

Sol' Conficere poteſt. ſed non debet. qꝛ ꝯſecrando peccat mortaliter.
Unde cuꝫ talis celebrat duo peccata mortalia diſtincta com‑
mittit. Unum quia indigne ꝯſecrat. Aliud qꝛ indigne ſumit

vij Utrū celebraturꝰ teneaṫ eſſe certꝰ ꝙ nō ſit in peccato mortali

Sol' Triplex inuenitur certitudo. Quedam ſupernaturalis. que ꝑ ſo‑
Dubium lam diuinā reuelatōem habetur. et talis hic non requiriṫ. Alia
eſt naturalis. qua quis per ſenſum vel intellectum euidenṫ cer‑
tus eſt de aliquo. et illa etiam hic non eſt neceſſaria. Tercia eſt
moralis ſiue ciuilis. que nec habetur ex reuelatione diuina nec
ex euidentia rei. ſed ex probabilibꝰ cōiecturis magis ad vnam
partem q̄ꝫ ad alterā inclinantibꝰ. ⁊ ad iſtam tenetur celebratu‑
rus in ꝓpoſito dubio. vt ſcꝫ poſt diligentem et ſufficientē ꝯſcię
tie diſcuſſionem (de qua infra capitulo. vi. articulo primo) cer‑
tus ſit modo predicto ſe non eſſe in peccato mortali. et hec cer‑
titudo hic etiam ſufficit

viij Quid ſentiendum ſit de eo. qui licet non ſit in peccato mortali.
tamen ſm ꝯſciam ſcrupuloſam eſtimat ſe eſſe in peccato

Sol' Talis debet vel ꝯſcientiam ſcrupuloſam deponere. vel a celebra‑
tione debet abſtinere

ix Quid agendū ſit ſi ſacerdos poſtq̄ꝫ vel miſſam incepit vel ad in‑
cipiēdū eſt preparꝰ. recordaṫ peccati mortal' de q̄ nō ē ꝯfeſſus

Sol' Talis debet penitere cum propoſito ꝯfitendi et ſatiſfaciendi. et
ſi habere poſſit confeſſorem ſtatim confiteatur. niſi hoc abſq̄ꝫ
graui ſcandalo fieri non poſſit

x Utrum perpetrans peccatum luxurie et ſtatim poſt hoc penitēs
et confitens poſſit licite eodem die celebrare

Sol. Non licet. ſed abſtinere debet ad minus per viginti quatuor ho‑
ras. vt ſup̄ dictuꝫ eſt articulo. ij. de polluto pollutōe nocturna

Articulus. vi Reſoluens ſeptem dubia que occurrūt circa ieiuniuꝫ. ſobrietatem. ⁊ ſom‑
num miniſtri celebraturi

I Utrum ſacerdos non ieiunus poſſit conficere ⁊ celebrare

Sol. Duplex eſt ieiunium. Unū eſt eccleſie quo ſcꝫ quis vnaꝫ ꝯme‑
ſtionem vnıꝰ diei nō tranſgrediṫ. et hoc nō ſoluiṫ per ſumptio‑
nem medicine vel alioꝝ que non nutriūt. dūmodo in parua q̄ꝫ‑
Dubium titate ſumantur. Tale ieiunium non ſufficit celebranti. Aliud
eſt ieiunium nature. quod eſt priuatio cuiuſcūq̄ꝫ ſuſcepti in ſto‑
machum. vel viam ad ſtomachum per modum cibi vel potꝰ
ſiue nutriat ſiue non. vel per ſe vel cum alijs. Suſcepti dicimꝰ
a principio diei a quo quis dicitur ieiunus. hoc eſt a media no‑
cte. Et tale ieiuniū requiritur ad celebrantem. Unde ſi quis

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

non ſit hoc modo ieiunus. q̄uis poſſet ꝯficere ⁊ celebrare. ta-
men non debet. quia grauiter peccaret. Et ideo cum quis eſt
plures miſſas eodem die celebraturus. nõ debet ſumere abluti
onis vinũ. niſi in vltima miſſa. vt ⁊ inferius circa reſolutionem
vltimi dubij. articulo. v. huius capituli dicetur

ij ¶ Quid agẽdũ ſi q̄s poſt miſſaȝ inceptã recordet̃ ſe ieiuniũ ſolutiſſe
Sol. ¶ Si recordetur hoc ante ꝯſecratõeȝ tutius eſt ꝙ ceſſet. niſi graue
ſcandalum timeat̃. Si poſt ꝯſecratõem. ꝓcedat ⁊ ꝑficiat. non
obſtante ꝙ non ſit ieiunus. q꞉ preceptũ de ꝑceptione ſacramen-
ti maius eſt q̄ȝ preceptum qđ a ieiunis ſumatur

iij ¶ Utrum tranſglutiens reliquias que poſt comeſtionem in ore re-
manſerunt poſſit celebrare
Sol. ¶ Si caſualiter tranſglutiantur nõ impediũt celebrationem. quia
non traijciũtur per modum cibi. ſed ſaliue cui ꝯmiſcentur. Si
vero ſtudioſe id fiat. abſtinendum eſt — Dubium

iiij ¶ Quid ſi quis gargariſando vel os mundando parum de aqua
aut de vino tranſglutiat
Sol. ¶ Sicut in dubio precedenti

v ¶ Si quis tarda hora comederit vel biberit ⁊ nondũ digeſſerit vtrȝ
ei liceat celebrare
Sol. ¶ Si ex hoc nõ reddatur multũ indiſpoſitus ad debite celebrãdũ
tũc licet. Si vero ex hoc multũ ꝑturbetur ⁊ indiſponat̃ tutius
eſt vt abſtineat. Unde dicit glo. circa cano. Nihil. vij. q. i. Si
quis etiã ante mediũ noctis ꝯmederit. ⁊ adhuc ſentiat eructa-
tiões ex nõ digeſtiõe cibi. q̄ȝ diu ſentit cibũ non celebrabit

vi ¶ Utrum patiens vomitũ vel iam paſſus licite poſſit celebrare
Sol. ¶ Si quis ex infirmitate ſuſtineat illam paſſionem. debet abſtinere
quouſqȝ ſanetur

vij ¶ Quid ſi per totam noctem non dormiuerit
Sol. ¶ Sicut in ꝑcedẽti dubio. Dicit eñ gloſa in. c. ꝯſtituerit. de accu.
de vinolento qui in taberna ꝑnoctauit ⁊ altera die nulla pre-
miſſa dormitõe celebrauit. ꝙ non videt̃ ieiunus ſȝ pranſus ce-
lebraſſe. ꝓpter indigeſtioneȝ. Et glo. circa cano. ſacramẽta de
ꝯſecra. di. i. Ieiuniũ inquit dico celebrata digeſtione

Reſoluens quinqȝ dubia circa celebrationis abſtinentiam eiuſdemqȝ fre-
quentiam occurrentia — Articul⁹ iiij.

I ¶ Utrum liceat ſacerdoti abſtinere omnino a celebratione
Sol. Si ſacerdos per ſententiam eccleſie ſit ordinis executione priua-
tus. vel ex debilitate aut egritudine factus ſit impotẽs vel in-
eptus ad celebrandũ. tũc nõ tenet̃ celebrare. Si vero nõ ſit ꝓ-
uatus poteſtate celebrandi aut al's factus impotens. tũc non
licet ei omnino abſtinere. quin ſaltem teneri videatur ad cele-
brandum in precipuis feſtis. et maxime in illis dieb⁹ in quib⁹
chriſtifideles ꝯmunicare ꝯſueti ſunt — Dubium

ij ¶ Utrum expediat ſacerdoti vt frequenter celebret

# Capitulum

Sol' Si frequenter ſit ad celebrandũ diſpoſitus expedit vt frequẽter celebret. Gratiſſimũ eñ ſacrificiũ illud eſt dño. ⁊ magnas at-
ꝗ inenarrabiles hoc ſacramentũ virtutes hꝫ. ideo ꝑutile eſt ſe-
pius celebrare ⁊ ſumere. vt fructus eius frequẽtius ꝑcipiatur.

iij Utrum liceat alicui quotidie celebrare

Sol' Circa vſum huius ſacramenti ex parte celebrantis et ſumentis duo requiruntur. Primuꝫ eſt deſiderium ꝯiũctionis ad chri-
ſtum. quod fit per amorem. Secũdum eſt reuerentia que per-
tinet ad timorem. Primũ iſtoꝝ incitat ad quotidianam hu-
ius ſacramenti frequentationẽ. ſecũdum vero retrahit Unde
ſi quis experimentaliter cognouerit ex quotidiana celebratio-
ne feruorem amoris augeri ⁊ reuerentiã non minui. talis quo-
tidie celebret. Si quis aũt ſenſerit per quotidianã frequenta-
tionẽ reuerentiã minui et feruorẽ non multũ augeri. ille inter-
dũ abſtineat. vt cũ maiori reuerẽtia ⁊ deuotõe poſtea celebret

iiij Utrũ quis ſic diſpoſitus vt laudabiliter poſſit celebrare. ⁊ poſſit
etiã laudabiliter ꝓpter ſacramenti reuerentiam abſtinere. meli-
us ac laudabilius faciat a celebratiõe abſtinẽdo ꝗ̃ celebrãdo

Sol' In tali caſu melius ſalubrius ⁊ laudabiliꝰ eſt vt celebret ꝗ̃ ꝙ ab-
ſtineat. Nam ex celebratione multos fructus huius ſacramẽ-
ti percipere poteſt. vt patet ex reſolutione ſecũdi dubij precedẽ-
tis quibꝰ abſtinendo priuatur. Celebratio preterea ex carita-
te procedit. abſtinentia vero ex timore. vt patet ex reſolutione
tercij dubij. Caritas autem timori prefertur. Nec validuꝫ eſt
ꝙ abſtinens ſe putat poſtea melius fore diſpoſitum. quia fieri
poteſt ꝙ minus fiat diſpoſitus Incertum eſt etiam ſi vnꝗ̃ de-
inceps ſit celebraturus. Stat etiam ꝙ celebrando aſſequatur
aliquam gratiam ſpecialem. quam abſtinendo non poteſt ac-
quirere. nec vnꝗ̃ fortaſſis recuperabit.

Dubium

v Utrum liceat alicui plures miſſas vno die celebrare

Sol' In die natiuitatis dominice poteſt quis tres miſſas celebrare. vt
habetur de cele. miſ. ꝯſuluiſti. Addũt doctores quatuor caſus
neceſſitatis in quibus poteſt quis duas miſſas celebrare. Pri-
mus eſt cũ in die feſto occurit neceſſitas vt preter miſſam diei
dicatur miſſa pro defunctis. Secundus caſus eſt cum neceſſi-
tas infirmorum exigit vt viaticum pro eis ꝯſecret. Tercius ca-
ſus eſt. cum ſuperueniũt peregrini. aut occurrunt nuptie cele-
brationẽ exigentes. Quartus caſus eſt. cum propter defectuꝫ
ſacerdotum vel paupertatem eccleſiaruꝫ vni ſacerdoti plures
eccleſie ꝯmendantur. aliꝭ non licet niſi vnicam miſſam in die
celebrare. vt habetur de ꝯſecratione di. prima. Sufficit. Hoc
autem cauendum eſt cũ quis plures miſſas vult celebrare. ne
ablutõem ſumat niſi in vltima. vt ſic ieiunꝰ maneat ⁊ celebret

¶ Capitulũ tercium de dubijs circa locum celebrandi occurrentibꝫ duos continet articulos

Reſoluit quinqꝫ dubia circa locum celebrandi cõmunem videlicet eccleſiam incidentia Arti. i.

I ¶ Quis ſit locus ꝯmunis debitus ⁊ ꝯueniẽs ad celebrandũ miſſam
Sol. Regulariter ſola eccleſia ꝯſecrata
ij ¶ Utrum ne quis poſſit licite qñqꝫ extra eccleſiã celebrare
Sol. Poteſt de licentia epiſcopi vel ſuꝑioris. dũmodo habeantur neceſſaria ad celebrationẽ requiſita
iij ¶ Quid ſi in terra vel regione aliqua non inueniatur aliqua eccleſia conſecrata propter deſtructionẽ ⁊ vaſtationẽ eccleſiaꝝ. Uel ſi quis in itinere ꝯſtitutus ⁊ preſertim in nauigatione. vbi nõ poteſt habere eccleſiam. vel ꝯſtitutus in aliquo exercitu. vel in aliquo ꝯſimili occurrẽte caſu. Utrum ne quis poſſit alibi qꝫ in eccleſia celebrare. etiã ſine licentia epiſcopi. Dubium
Sol. In talibus caſibus bene poteſt. ſi habeãtur ibi oĩa neceſſaria ad celebrationẽ miſſe requiſita. poteſt eñ celebrare ſub dumo vel ſub tentorio
iiij ¶ Utrum in mari vel in fluminibꝫ in quibꝫ naues freq̃nter agitãtur liceat alicui celebrare
Sol. Nullo mõ debet propter periculũ effuſionis ſanguinis xpi.
v ¶ Utrũ in omni loco ꝯſecrato liceat celebrare miſſam
Sol. Non. ſi eñ locus ſit interdictus. ſiue a iure vt ſi pollutus ſanguine vel ſemine. ſiue a iudice. videlicet per ſententiã interdicti latam contra locum illum. nõ licet ibi celebrari. Et faciens contrarium in hoc caſu incurrit irregularitatẽ

Reſoluit ſex dubia que circa locum ꝓprium ſcꝫ altare occurrere poſſunt Arti. ij.

I ¶ Utrum in eccleſia vel alibi poſſit quis licite celebrare ſuꝑ aliquo alio qꝫ ſuper altari
Sol. ¶ Non licet niſi ſuꝑ altari vel fixo ſiue ſtabili. vel portatili ſiue viatico. qđ poteſt poni ſuꝑ menſam vel arcã vel aliud hmõi.
ij Quale debeat eſſe altare ſuꝑ quo celebrare licet
Sol. Altare debet eſſe lapideũ. ꝯſecratum. nõ enormiter fractum
iij Quibꝫ altare debeat eſſe cooptum ⁊ ornatum Dubium
Sol. Duabꝫ pallis ⁊ corporali ꝯſecratis de lino puro factis. nullo colore tinctis. ſed totaliter albis mundis ⁊ nitidis.
iiij Utrum ſemper liceat ſacerdoti ſuper quolibet altari conſecrato celebrare.
Sol. Non ſemꝑ licet. nam poſtqꝫ epiſcopus aliquis ſuꝑ aliquo altari celebrauerit. non licet illo codẽ die alteri ſacerdoti ſuꝑ illo altari celebrare. niſi de licentia epiſcopi.
v Quantum debeat eſſe altare portatile. vt ſit aptum celebrationi ſuper eo fiende

Sol. Tantum eſſe debet. vt poſſit recipere pedem calicis ꝛ hoſtiam. ꝛ ꝙ ſacerdos manus ſuꝑ ipſum cum hoſtia tenendo ↄuenienter conſecrare poſſit.

Dubium vi Quid ſi ſacerdos aliquod de predictis requiſitū omittat. vtrum ſcꝫ conſecret celebrando

Sol. Si obſeruet alia ad ↄſecrationem neceſſaria. ↄſecrat. ſed tñ grauiter peccat ſcienter omittens

## Capitulū quartum de dubijs occurrentibꝰ circa tempꝰ congruū quo celebrari debet. duos habens articulos

Arti. i. Reſoluit quatuor dubia occurrētia circa tempus celebrandi commune videlicet circa diem

I Utꝝ indifferēter in nocte ꝛ in die liceat alicui miſſam celebrare

Sol. Non licet regulariter niſi in die. hoc eñ ſacramentū ad tempꝰ gratie pertinet. qđ per diem ſignificatur Unñ ꝛ ſaluator dixit Me oportet operari donec dies eſt.

ij Utrum ne aliquādo liceat in nocte celebrare

Sol. Solum in duabus noctibꝰ licet. videlicꝫ in nocte natiuitatis xp̄i et in nocte dominice reſurrectiōis

iij Utrum ne liceat aliquādo ante initium diei celebrare.

Dubium Sol. In tribus caſibꝰ licet. Primus. ſi neceſſitas poſtulet. vt ſi contingat aliquē infirmari ad mortem. ꝛ nō habeatur hoſtia cōſecrata poteſt ſacerdos celebrare ꝛ conſecrare. Secūdus caſus eſt. ſi epiſcopus ſit in itineratione. tunc poteſt ante diem celebrare vel facere celebrari coram ſe Tercius caſus ē. ſi quis habeat diſpenſationē ab epiſcopo vel ſuperiore vt poſſit celebrare ante diem. tunc bene poteſt. alꝰ non eſt tutum. niſi aliqua rōnabilis ꝛ vrgens neceſſitas ſupuenerit.

iiij Quid ſi quis celebret credens diem iam incepiſſe. ſed tamē non dum inceperit.

Sol. Quia quod parū diſtat. nihil diſtare videtur. talis excuſatur. preſcipue ſi deuotio id expoſcerit

Arti. ij. Reſoluit tria dubia. que ſe offerunt circa tempus celebrandi ꝓprium. ſcꝫ circa horam

I Qua hora diei liceat miſſam celebrare

Dubium Sol. Miſſe ſolemnes ſiue publice ſm canones tribus horis celebrari debent. videlicꝫ hora tercia in diebus feſtiuis. hora ſexta in profeſtis diebus. ꝛ hora nona in diebus ieiunioꝝ. In hoc tamē obſeruanda videtur deberi ↄſuetudo regionis vel religionis. Priuate vero miſſe celebrari poſſunt a principio diei vſqꝫ ad horā nonam. hoc eſt vſqꝫ ad meridiem.

ij A quo tempore ſumendū ſit principium diei

Sol. Principium diei non eſt accipiendū ab aſcenſu ſolis ſuper noſtrū

horizontem.ſed debet accipi ab illa hora qua radij ſolares inci-
piunt illuminare noſtrum hemiſperiū.quod dicitur ṗncipium Dubium
auroze.⁊ incipit fulgere vna hora ⁊ quinta parte vnius hore an
te corpalem ſolis ortum

v Quid ſi quis celebrando nō obſeruet tempus debitum
Sol. Si obſeruet alia ad conſecrationē neceſſaria.conſecrat nihilomi-
nus.Sed tamē ſi ex contemptu vel ſcienter tempus debitum
non obſeruauerit mortaliter peccat.faciens contra ꝯſtitutionē
et ꝯſuetudinem generalē eccleſie rhomane.

## ¶ Capitulū quintum de dubijs que incidunt circa mate-rialia exteriora que ad ornatum vel congruentiā celebrationis requirūtur tres continet articulos

¶ Reſoluit quinqȝ dubia.que circa veſtes ⁊ indumenta ſacerdotalia inſur-
gere poſſunt.
I Utrū ſacerdos celebraturus ſpecialib9 debeat indui veſtibus. Arti.i.
Sol. Sic.ꝯgruum eīn eſt vt quibus ſacerdos vſus fuit in ſua ordina-
tione.etiā vtatur illis in celebratione.Et quia in ſuſceptiōe or
dinis ſpecialib9 veſtibus indutus fuit.ideo ⁊ talibus vti debet
in celebratione
ij Quot ⁊ que ſint huiuſmodi veſtes vel indumenta
Sol. Simpliciū ſacerdotum ſex ſunt indumenta.ſcȝ amictus ſiue hu
merale.alba.cingulū.manipulus.ſtola.⁊ caſula
iij Utrum requiratur ꝙ talia indumēta ſint benedicta ſiue ꝯſecrata
Sol. Sic.debent eīn eſſe ſacrata munda ⁊ honeſta.nec alijs vſib9 ꝙ̄ ec-
cleſiaſticis ⁊ deo dignis officijs deputāda Dubium
iiij Utrum celebrans abſqȝ veſtibus ⁊ indumētis benedictis efficia-
tur irregularis
Sol. Non.quia non inuenit̄ hoc in iure poſitum.verum tamē ſcienter
vel ex ignorātia craſſa hoc faciens ḡuiter peccat
v Utrum neceſſario requirat̄ ꝙ tales veſtes vel indumēta ceteraqȝ
correquiſita ſint munda ⁊ nitida
Sol. Sic.nam vt habetur in ca.relinqui.de cuſtodia euchariſtie.cleri-
cis ṗcipitur vt oratoria.vaſa.palle.corporalia.⁊ veſtimēta mū
da ⁊ nitida ꝯſeruētur.Quod autē precipitur impatur.⁊ quod
impatur neceſſe eſt fieri.Si non fiat.penam habet.vt habetur
xiij.q.i.ca.quod ṗcipitur.Ue igitur illis qui maiorem curam
adhibēt vt linthiamina vel prohpudor ſi phas eſt dicere femo
ralia ſua ſint munda ⁊ nitida.ꝙ̄ ea ſuper quib9 locari ⁊ tracta-
ri debet ſacratiſſimū ac mundiſſimū corpus iheſu xpi

¶ Reſoluit quatuor dubia.que circa vaſa ad celebrandū oportuna occurre-
re poſſunt. Arti.ij.
I Utrum ad celebrationē miſſaꝝ requirātur aliqua vaſa ſpecialia

Sol. Sic. potiori rõne q̃ʒ veſtes ſpeciales. propter corpus ꝛ ſanguinem
xpi. vt decenter ꝛ reuerẽter ibi poſſint collocari.
ij Quot ꝛ que ſint huiuſmodi vaſa
Sol. Talia vaſa ſunt duo. ſcʒ calix ꝛ patena que neceſſario requirũtur
ad miſſe celebrationẽ
Dubium iij De qua materia debeãt eſſe iſta vaſa.
Sol. Nec vaſa debent eſſe de auro vel argento. niſi paupꝫtas obſiſtat.
In quo caſu ſufficit ꝙ ſint de ſtanno
iiij Utrum requirat ꝙ talia vaſa ſint ꝯſecrata
Sol. Sic. fortiori rõne q̃ʒ veſtes ꝑpter cãm ſupius expreſſam

Arti. iij. Reſoluit octo dubia occurrẽtia circa circũſtantias ꝛ alia exteriora requi-
ſita in miſſe celebratiõe

I Utrum liceat alicui ſine libro miſſali celebrare
Sol. Non licet alicui. etiã ſi omnia memoriter ſciret. Sed debet habe-
re librum in quo ad minus miſſa dicenda cum canone ꝯtinea-
tur. et hoc propter periculũ erroris. qui ex obliuione vel diſtra-
ctione ꝯtingere poteſt.
ij Utrum liceat alicui ſine igne ꝛ ſine lumine candele celebrare
Sol. Non licet. In lege em̃ ſcriptũ eſt. Ignis in altari meo ſemꝑ arde-
bit. quod in celebratõe huius ſacramenti maxime obſeruandũ
eſt. vbi ille immolat tractatur ꝛ ſumitur. qui eſt candor lucis
eterne. ꝛ qui venit ignem mittere in terram ꝛc.
iij Utrum ſacerdos ſolus nullo pñte licite poſſit celebrare miſſam.
Sol. Nullo modo licet. ſed ad minus vnus debet eſſe preſens. qui ſa-
cerdoti celebranti miniſtret. ꝛ in perſona eccleſie vel totius po-
puli ſacerdoti reſpondeat
Dubium iiij Cuius ꝯditionis ꝛ qualitatis debeat eſſe miniſtrans
Sol. Miniſtrans debet eſſe maſculus ꝛ clericus. aut ſaltem ſciens mi-
niſtrare ꝛ reſpondere celebranti. Et ſi fuerint plures miniſtrã-
tes debent etiã eſſe huiuſmodi ꝯditionis. vt notatur in ca. hoc
quoqꝫ. de ꝯſe. diſt. ij. ꝛ in glo. ibidẽ. Unde patet ꝙ nulli femine
(etiã ſi ſanctimonialis fuerit) licitũ eſt ad miſſam miniſtare
v Quid ſi miniſtrãs aliqua cauſa vel occaſione recedat de altari di-
mittendo celebrantẽ ſolum. reuerſurus tñ. vtrum celebrãs de-
beat ꝑcedere in miſſa. vel ceſſare donec miniſtrãs redierit
Sol. Procedere debet quouſqꝫ aliquid occurrat in quo indigeat mi-
niſterio adminiſtrãtis
vi Quid ſi miniſtrans recedens non reuertatur
Sol. Sacerdos celebrans neceſſitate compulſus vicem adminiſtrãtis
ſuppleat reſpõdendo ꝛ miniſtrãdo ſibiipſi. vel alium vocet.
vij Quid de ſacerdote incluſo vel heremita ꝛ ſolitario. an ſcʒ ſolus ce-
lebrare poſſit.
Sol. Si ei nõ ſuffragetur copia miniſtrãtis. ſolus celebrare poteſt. als
aũt non. vt notat in glo. circa ſolutionẽ. iiij. dubij allegata

viij Quid ſi quis omittat aliquid predictoꝝ Dubium
Sol. Quãuis conſecret. ſciẽter tñ vel ex ignorãtia craſſa omittens. grauiter peccat. vt etiã circa ſupiora dcm̃ eſt

¶ Capitulũ ſextum de dubijs que occurrũt in ceremonijs conſuetis ꝛ obſeruãdis in miſſa ꝛ circa eam. tam in agẽdis ꝙ̃ in dicendis. tres includens articulos

¶ Reſoluẽs decem dubia que oriunt̃ circa agenda ꝛ dicenda añ miſſam Arti. i.
I Utrum celebraturus miſſam aliquid ſpecialit̃ agere debeat ante miſſam
Sol. Sic. cum eñ omne quod agere intẽdimus ꝑ ſtudium ꝯſiderationis preuenire debeamus. vt ſic ad id quod agendũ eſt preparemur. maxime decet vt fiat circa hoc digniſſimũ officium. ne ꝗs impreparatus accedens. iudiciũ ſibi manducet ꝛ bibat Prerequirit̃ itaq̃ꝫ debita ac ſufficiens preparatio ſacerdotis. qua ita efficiatur diſpoſitus ꝛ ydoneus. vt digne ad celebrandũ poſſit accedere. Uñ ꝛ ſcriptũ eſt Ante orõem prepara aĩam tuam
ij In q̃ ꝯſiſtat debita ꝛ ſufficiẽs preparatio ſacerdotis celebraturi
Sol. Preparatio illa ꝯſiſtit in debita ꝛ ſufficiẽti ꝯſcientie mũdificatione et adornatiõe. que prerequirũt debitã ſuipſius ꝓbationẽ. id ẽ diligentẽ ꝯſcientie ſue examinationẽ. ſm ꝙ apl's Corinthios monet ita ſcribẽs Probet autẽ ſeipm̃ homo ꝛc. Dubium

¶ Et ita ex toto tria in genere requiruntur ad debitam ſufficientẽ et dignam preparationem. ſcilicet — Probatio, Purgatio, Adornatio — ꝯſcientie

iij Qualiter ꝛ in qb' quis ſeipm̃ ꝓbare ꝛ examinare debeat
Sol. Primo ꝛ ante oĩa debet cum diligẽtia ꝯſcientiã ſuam diſcutere et examinare. pſertim a ꝓxima ꝯfeſſione debite facta Si ne interea inciderit in excõmunicationẽ. irregularitatẽ. vel ſuſpenſionẽ aut aliquid aliud hm̃õi impedimentũ • Secundo. diligenter ꝓſpicere debet ſi ne interea aliqua mala precipue mortalia commiſerit. Si ne aliqua bona ad que obligatur omiſerit. vel negligenter ꝑſoluerit • Tercio ſi aliqua hm̃õi inuenerit. an ex toto corde de iſtis doleat. ꝛ ea ꝓpter deum quẽ offendit deteſtet̃.
• Quarto an habeat firmũ ꝓpoſitum emendãdi vitam ſuam et ab omnib' mortalib' cauẽdi in futurũ ꝓpter deum • Quinto an intendat omnia ꝯfiteri ante acceſſum ad celebrationẽ. et iuxta arbitriũ ꝯfeſſoris pro eis ſatiſfacere. • Sexto vtrum habeat rectã fidem cum debita intentiõe ꝛ conatu ad debite ꝛ deuote celebrandũ • Septimo an debitã diligentiã in diſcuſſione ꝛ examinatiõe predictoꝝ adhibuerit • Nec diligẽter animaduertant ſacerdotes ꝯcubinarij. luſores. crapuloſi. ebrioſi. et alij ꝯſimiles in dãnabili ſtatu viuẽtes. Penſentq̃ꝫ ſtudioſe q̃liter ad celebrandũ accedãt. ꝛ q̃ eos vltio diuina expectet

# Capitulum

iiij Quanta requiritur diligentia in examinatiõe predicta. vt ſuffi-
ciens reputetur ⁊ debita
Sol. Tanta requirit quantã quis faceret in magno et arduo negocio
pro magna ⁊ ardua re lucranda. aut graui incõmodo vitando
et iuxta poſſibilitatẽ humane fragilitatis. Unde ſi quis hmõi
diligentiã in conſciẽtie ſue examinatione nõ fecerit. indigne ad
iſtius ſacramẽti celebrationẽ atq; ſumptionẽ accedit. qr impre
paratus. ⁊ ita dominici corporis ⁊ ſanguinis reus iudicabit
v Quõ poſſit quis eſſe aut fieri certus ꝙ debitã ⁊ ſufficientẽ dili-
gentiã in pretacta diſcuſſione fecerit.
Sol. Ex quo hic non requirit euidens certitudo. cum illa abſq; diui-
na reuelatione haberi nõ poſſit. ſ; exigitur ſolum certitudo mo
ralis ſiue ciuilis ſicut in alijs agibilib; humanis. poteſt quis ex
probabilib; coniecturis poſt examinationẽ de debita diligẽtia
factam. ſatis ſcire ⁊ certus eſſe an debitam diligentiã fecerit vl
non fecerit in diſcuſſione pcedentiũ. ⁊ hoc ſufficit queadmodũ
etiã dictum eſt ſupra capitulo. ij. articulo. iij. de certitudine eẽn
di abſq; peccato mortali
Dubium vi In quo ꝯſiſtat debita ⁊ ſufficiens ꝯſcientie purgatio
Sol. Talis conſiſtit poſt debitam examinationẽ factam in peccatoꝝ
preſertim mortalium ⁊ alioꝝ impedimentoꝝ ſi que ꝑ diſcuſſio
nem inuenta fuerint. totali ⁊ omnimoda remotione vel expul-
ſione. Ad quã expulſionem tria precipue requirũtur. Primũ
eſt vera ⁊ perfecta ꝯtritio ⁊ peccatoꝝ deteſtatio. per quã quis
deo quem offendit recõciliatur Secundũ eſt pura ⁊ integ̃
ꝯfeſſio Terciũ eſt recta ⁊ debita abſolutio Nõ eñ ſufficit ꝙ
accedẽs ad celebrandũ ſit ꝑ ꝯtritionẽ recõciliatus deo. ſ; etiã re
quirit ꝙ ſit recõciliatus eccleſie. vt digne ſuſcipiat ſacꝛm vnita
tis eccl'e. qđ fit ꝑ abſolutionẽ. que ꝑrequirit ꝯfeſſionẽ. Et iõ ſi
q̃s in pctõ mortali exñs q̃tumcũq; ꝯtritus ad celebrandũ ac-
cedat nõ ꝯfeſſus ⁊ abſolutus mortalr̃ peccat. niſi in caſu ſeq̃nti
vij Quid agendũ ſit ſi quis nõ poſſit habere copiam ꝯfeſſoris.
Sol. Differat q̃uſq; ꝯfeſſorẽ habuerit. ⁊ h̃ ſi ſine ſcãdalo fieri poſſit Si
aũt ſcandalũ immineat celebret cũ ꝯtritiõe ⁊ ꝓpoſito ꝯfitendi
tpe ꝯgruo Si tñ ex negligẽtia ſua ꝯfeſſor deſit ſpecialr̃ doleat.
viij Quib; ornamẽtis ꝯſcientia celebraturi debeat eſſe adornata
Sol. Necẽ eſt ꝙ celebratur⁹ ſit ornatus rcã fide. debita intentiõe. ⁊ ſuf
ficienti conatu ad digne celebrandũ. Decẽs eſt etiã vt ſit orna
tus humilitate caſtitate iuſticia ⁊ ceteris virtutib;. que ꝑ veſtes
ſacerdotales ſignificãtur
ix Utrũ celebratur⁹ teneat dicere horas canonicas añ celebratõez
Sol. Ad minus tenet dicere matutinas añ celebrationẽ. alioqn morta-
lit peccat. Ad alias ãt horas nõ tenet ante miſſam. niſi aliq̃ ſpe
cialis ꝯſtitutio eũ ad hoc obliget. Congruũ tñ eſt vt dicant pri
me añ celebrationẽ. ⁊ in ceteris obſeruet ꝯſuetudo dyoceſis

x Utrū ſint aliqua alia dicēda vel agenda ante celebrationē miſſe
Sol. In hoc attendēda eſt ꝯſuetudo dyoceſis vel religionis ſue Unde Dubium
vbi ꝯſuetū eſt dicere iſtos pſalmos Quā dilecta. Benedixiſti
Inclina Credidi De ꝓfundis. cū quibuſdā precibꝫ ꝛ collectꝭ
Uel etiā quidā pſalmi ꝛ orōnes ad lotionē manuū. ꝛ indutio
nē ſacrarū veſtium. ꝛ in acceſſu ad altare. nō ſunt iſta omittēda.
Solet etiā pmitti ꝯfeſſio generalꝭ publica. ꝛ oſculatio altaris. ꝛ
apud quoſdā thurificatio. q̄ ſuo mō etiā obſeruāda ſunt.
Reſoluēs .xiiij. dubia occurrētia circa dicenda ꝛ agenda in miſſa Arti: ij.
I Que ſint dicenda ꝛ agenda in miſſa. ꝛ quō
Sol. Omnia illa ſunt dicēda ꝛ agenda ꝛ eo mō. quo ordinatio ac ꝯſue
tudo dyoceſis vel religionis celebrātis obſeruari ꝑcipit.
ij Utrū ſacerdos ī miſſa poſſit aliq̄d aliud dicere q̄ꝫ in miſſali teneat
Sol. Magis expedit q̄ nihil aliud dicat. ꝑt tñ cogitare aliq̄ deuotōeꝫ
excitātia. Un̄ ſi affectū habeat ad aliq̄ dicēda. illa cogitet mēte
iij Utrū ꝟba canonis debeāt dici ſecrete. ſic ꝛ orōes q̄ ſecrete vocant
Sol. Sic. ꝓpter multas cās quas nō opus eſt hic recitare
iiij Utrum cetera ꝑter canonē ꝛ ſecretā vel ſecretas ſi plꝭes accipiant
debeāt alta ꝛ audibili voce dici
Sol. Sic. non enī ſine cā eccl'a fecit diſtinctionē inter canonē ꝛ alia dicē
da. ꝓ hoc enī excitant aſtātes. Si tñ ſolus miniſtrās aſſit. q̄ for
taſſis (vt apud q̄ſdā religioſos ꝯſuetū eſt) poſtea ſit celebratu
rus. ꝛ ſub miniſtratōe ſe aliq̄liter recolligat meditādo. nō vide
tur hac de cā neceſſariū. debet tñ ꝯſuetudo loci ſeruari Dubium
v Utrū in memorijs viuorū ꝛ mortuorū debeat aliq̄rū fieri noīatio
Sol. Nō eſt necē. poteſt tñ eos noīare ꝓpter deuotionē augendā
vi Utrum ſacerdos cupiens aliquorū noīatim habere memoriā poſ
ſit ante celebrationē hoc facere
Sol. Expedit vt ita faciat. pſertim ſi publice ſit celebraturꝰ vel ſi mul
torū memoriā noīatim hr̄e velit. Sicut etiā expedit vt celebra
turus volēs dicere aliq̄ ſpecialia ꝓ maiori deuotōe excitāda cir
ca ſumptionē ſacramēti. hoc faciat an̄ celebrationē. vel etiā ſub
celebratiōe ſi miſſa in notis cātetur
vij Utrum requirat attentio celebrātis circa dicēda ꝛ agenda
Sol. Queādmodū nō necārio requirit actualis intētio. vt ſ capl'o iij.
arti. iij. circa reſolutionē tercij dubij dcm̄ eſt. Ita etiā nō necā
rio req̄rit actualis ꝛ ꝯtinua attētio. ꝟtualis tñ attētio ſꝑ necā
ria eſt. Eſt aūt ꝟtualis attētio ꝟtus q̄dā relicta ex actuali attē
tione ꝑuia. ꝛ intentiōe ꝑſeuerādi in tali actuali attētione Debꝫ
tñ ſacerdos adhibere diligentiā vt actualē attentionē retineat.
viij Utrū ad debite ꝛ digne celebrandū requirat deuotio in celebrāte
Sol. Deuotio duobꝫ modis ꝑt accipi. pmo ꝓ volūtate prōpte tradē
di ſe ex dilectiōe ad ea q̄ ꝑtinēt ad dei famulatū Scdo ꝓ fer
uore dilectiōis. q̄ mens cū quadā ſuauitate ꝛ delectatōe eleuet
ad deū Et ſm vtrūqꝫ modū duplex ꝑt eſſe deuotio. Quedā

em̄ eſt actualis. quādo ſcʒ actualiter voluntas ꝓ̄pte ſe tradit diuino obſequio. vel mens actualiter feruet in dilectione. Alia eſt ꝟtualis. vt cum ex actuali ꝛ p̄cuia deuotione relinq̄tur' quedam virtus que ad actus ſequētes concurrit ¶ Circa actualē deuotionem duo ſunt ꝯſideranda. ſ. deuotio ipſa. ꝛ conatus ad acquirendū eam ¶ Circa officium etiā miſſe duo attendēda ſunt. ſ. miſſe celebratio. ꝛ ad celebrandū debita preparatio. Sacerdos itaqꝫ celebraturus in preparatione circa examinationē et probationē ſui ipſius tenetur habere deuotionē primo mō dictā actualiter. hominis em̄ eſt preparare animū ¶ De hac deuotione videtur eſſe intelligēda gloſa p̄ma Cor. xi. dicens Indignꝰ eſt qui non deuota mente accedit ad euchariſtiā. ¶ Ad deuotionē vero ſecūdo modo dictam actualiter habendā non tenetur. Ille em̄ feruoꝛ dilectionis a dn̄o gratuite datur. Unde aliquādo deſideratus dari denegatur. vel datus alicui ſubtrahit̄ ſm̄ ꝙ diſpoſitio eiꝰ meretur. vel ſm̄ ꝙ ſaluti ſue dn̄s nouerit expedire ¶ Uerum tamē celebraturus tenetur toto conatu illū feruoꝛem deſiderare. ꝛ poſſibilem diligentiā adhibere. faciendo totū qd̄ in ſe eſt vt ſibi detur. Attendo omnē tepoꝛē. diſtractionem. ꝛ euagationē mentis mentis expellere. etſi aliquid hmōi occurrat. deliberate nō tenere. hoc em̄ faciēdo nō cenſetur indignus ſed ſufficiēter deuotus accedere. Un̄ ſi pro tunc ille feruoꝛ ei non detur. nō debet ꝓpter hoc a celebratiōe abſtinere. ſʒ abſqꝫ ſcrupulo celebrare ¶ In ipſa autē celebratione non requirit̄ de neceſſitate deuotio actualis primo mō accepta. ſʒ ſufficit ꝛ etiā requirit̄ virtualis ex actuali p̄cedente relicta. ¶ Licet etiā non req̄ratur actualis deuotio ſecūdo modo dicta. eo ꝙ nō eſt in libera poteſtate noſtra. requirit̄ tamē ꝛ ſufficit deſideriū cum poſſibili conatu actuali ad acquirendū illam deuotionē. ita ꝙ celebrans faciat qd̄ in ſe eſt. coꝛ ſurſum eleuādo. put ꝛ ipſe aſtātes excitat ꝛ hoꝛtat̄. cum dicit Surſum coꝛda ꝛc. ¶ Circa qd̄ dicit Ciprianus papa. vt habet̄ de ꝯſe. diſt. i. c. qn̄. Ideo ſacerdos p̄fatione premiſſa parat fratrū mentes dicēdo Surſum coꝛda vt dum reſpōdet plebs Habemus ad dn̄m. admoneat̄ nihil ſe aliud q̄ꝫ dn̄m cogitare debere. Claudatur ꝯtra aduerſariū pectus. ꝛ ſoli deo pateat. nec ad ſe hoſtē dei venire patiat̄. hec ibi

ix ¶ Utrum celebrans debeat ſtare capite diſcooperto

Sol. Sic. vt habetur de ꝯſe. diſt. i. c. nullus Niſi occurrat rōnabilis cā cooperiēdi. Unde ſi quis abſqꝫ tali cauſa ſtet coopertus. grauiter peccat. vt habetur ex eodē canone

Dubium

x Cum quo debeat fieri ablutio poſt ſumptionē ſanguinis.

Sol. Cum vino. vt habetur in c. ex pte. de cele. miſ. Cuius rō inferius in vltimo caplo reddetur.

xi Utrum ſacerdos poſt miſſam inceptā licite poſſit deſiſtere. officium ſuū non ꝯficiendo.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg

Sol. Non poteſt niſi occurrat aliqua rationabilis ⁊ ſufficiẽs cauſa
xij Quid agendum ſi ſacerdos poſt miſſam inceptam moriať. vel in
talem infirmitatẽ aut debilitatez inciderit vt nõ poſſit ꝑficere
Sol. Si aliquod iſtoꝝ ꝯtingat ante ꝯſecratõem. nõ eſt neceſſariuz ꝙ
miſſa per alium ꝑficiatur. poteſt tamen fieri ſi aſſit alius ſacer-
dos diſpoſitus. et ille incipiat vbi prioꝛ dimiſit. qꝺ ſi neſciat pt
incipere a principio. Si vero aliquid p̄dictoꝝ ꝯtingat poſt cõ
ſecrationem corporis ⁊ ante ꝯſecrationem ſanguinis. vel poſt
ꝯſecrationem vtriuſqꝫ. tunc debet ſuppleri ⁊ perfici miſſa ꝑ ali
um diſpoſitum. Si aũt ꝯtingat hoc in ꝓlatione verboꝝ cõ-
ſecrationis hoſtie. verbis iam in parte prolatis. ſimiliter ꝑficia
tur ꝑ alium. qui incipiat ibi. Qui pridie. Et ſi hoc cõtingat in
ꝯſecratione ſanguinis. incipiat ibi Similimodo. Sic etiã agẽ
dum videtur cum dubitatur vtꝝ prioꝛ ſacerdos inceperit ver
ba ꝯſecrationis proferre ⁊ non perfecerit. Nec reputandũ eſt
tunc fieri iterationem. quia non intelligitur iteratuz quod am
bigitur eſſe factum.

Dubium

xiij Quid agendum ſi celebranti ſanguis per nares erumpat ⁊ fluit.
Sol. Pauſare debet reclinando vel ſedendo donec fluxus ceſſet. Ca
uere aũt debet ne veſtes vel aliqua ſacra per ſanguinem coin-
quinenť recipiendo illum vel in aliquo vaſe vel panniculo. pro
ut diſcretioni ſue melius ꝯuenire videať. Si aũt ille fluxus re
ſtringi non poſſet neqꝫ ſacerdos officium perficere. tunc agen-
dum eſt vt in caſu dubij precedentis
xiiij Quid agendum ſi ſacerdos omittat aliquid vel aliqua de dicen-
dis vel agendis in miſſa
Sol. Si obſeruet ea que neceſſario ad ꝯſecratõem requirunť ꝯſecrat.
ſed tñ grauiter peccat ſi ſcienter omittat aliquid notabile ex in
ſtitutõe vel ꝯſuetudine eccľie ad hoc officium reqſitũ. vtpura
miſſe introitũ. Epľam. Euãgeliuz. vel qꝺ hmõi. Si aũt aliqꝺ
modice reputatõis vel ex negligentia aliquid omittat minus
peccat. Diligentiſſime tamen cauere debet ne hoc cõtingat
Reſoluit quatuoꝛ dubia que occurrunt circa dicenda. agẽda. ⁊ cauenda
poſt miſſe celebrationem

Articulꝰ. iij

I Utrum aliqua ſpecialiter ſint dicenda poſt miſſe celebrationem.
Sol. Sic. primo nanqꝫ et ante omnia dicende ſunt corde ⁊ oꝛe debite
et deuote gratiaꝝ actiones. Cum eñ vt ⁊ ipſe celebrans in p̄
fatione proteſtať dignũ et iuſtum ſit atqꝫ equũ et ſalutare. vt
ſemper et vbiqꝫ dño gratie agãť. qꝛ in nullo loco vel tempoꝛe
nobis beneficia ſua clementer largiri ceſſat. digniſſimũ. iuſtiſſi-
mũ. et equiſſimum eſt vt hoc fiat poſt huius beneficij percep-
tionem. et tanto diligentius atqꝫ deuotius q̄to inter oĩa be-
neficia hominibꝫ a deo collata. illud vnũ de maximis habetur.
Non ſolum autẽ ideo gratias agere debet celebrans ne ꝓpter
ingratitudinez de tanto beneficio grauius iudicetur a domio

Dubium

ſed et vt de tali gratias debitas exhibens. potioꝝ beneficioꝝ
dignus efficiatur. et precipue vt ad chriſtianam celebrationē
vel ſaltem ſpiritualem. iſtius ſacramẽti ſumptionem ad quã
ſemper tenetur eſſe diſpoſitus. preparatioꝛ reddatur. Semꝑ
enĩ celebratio precedens diſpoſitio ac preparatio eſſe debet ad
ſequentem. Magis autem attendenda eſt in huiuſmodi gra
tiarum actione feruida cordis deuotio. q̃ꝫ plixa labioꝝ oratio.

ij Utrũ poſt celebratõem aliqua etiã ſingulariter ſint agenda.
Sol. Sic. debet enĩ is qui celebrauit in omnibꝫ timorate. virtuoſe ꝛ ex
emplariter ſe habere. ꝛ in bonis occupationibꝫ exercitijſqꝫ ſalu
taribꝫ ꝯſolationem ꝛ delectatõnem querere. vt in meditando
pſallendo. orando. ſtudendo. ſcribendo. legendo. docẽdo. ꝛ ho
ras canonicas debite perſoluendo. ita vt ꝛ diabolus nunq̃ꝫ cũ
ocioſum inueniat. ꝛ ad futura dona paratioꝛ fiat.

Dubium iij Que ſint ſacerdoti poſt celebrationem cauenda
Sol. Maxime cohibenda eſt lingua ne loquatur leuia. inutilia. ſcurri
lia vel doloſa verba. Sic etiam viſus cohibendus eſt ne vide⸗
at vana. et ſuo modo ſenſus ceteri ſunt caute cuſtodiendi. pre⸗
cipue etiam crapula ꝛ ebrietas fugiẽda. ioci ꝛ ludi vitandi. Et
vt hec facilius fieri poſſint ſtudendum eſt ſumopere. vt dicit
beatus Gregorius. q̃ ſemper animus in ſuo pondere ꝛ vigo⸗
re ſeruetur. ne poſtea eum fluxa cogitatio diſſoluat. ne vana eti
am letitia mentem ſubrepat. ꝛ lucrum ꝯpunctionis anima ꝑ
incuriam fluxe cogitationis perdat.

iiij Utꝝ ſtatim poſt miſſe celebratõem ſit comedendũ vel bibenduꝫ.
Sol. De iure non debet fieri. Unde tribꝫ. de ꝯſecra. di. ij. dicitur. Si
mane dominica portio editur vſqꝫ ad ſextam ieiunent miniſtri
qui eam ſumpſerunt Et ſi tercia vel quarta hora acceperint ie
iunent vſqꝫ ad veſperas. Sed de ꝯſuetudine hoc ius non ſer⸗
uatur. propter reuerentiam tamen tanti ſacramenti dignũ eſt
vt a cibo et potu abſtineatur donec debite gratiarum actiões
ſint reddite. et ita etiam inter ea ſpecies ſacramentales veriſi⸗
militer exiſtimentur corrupte

## Capitulum ſeptimum de dubijs occurren tibꝫ circa materiam ad conſecrandũ aptam. videlicet panẽ ꝛ vinũ. vi. ꝯprehendit articulos

Arti. primus Reſoluit ſex dubia que incidunt circa panem conſecrandũ ſiue hoſtiam
antequam conſecretur

I Quis et qualis debeat eſſe panis vt conſecrari ꝛ ex eo confici poſ
ſit corpus chriſti
Sol. Debet eſſe triticeus. aqua naturali confectus. ꝛ azymus. id eſt
non fermentatus.

ij Quid agendū ſi ſacerdos percipiat panē nō eſſe triticeū. vel alia aqua q̃ naturali ꝯfectū aut fermentatum

Sol. Si aliquid iſtoꝝ percipiat ante inceptionem canonis. panem illū remoueat et aptum apponat. et ſine repetitione procedat. Si poſt inceptionem canonis et ante verba ꝯſecrationis remoueat. vt ſupra patet. et canonem reincipiat. hoc videtur tutius ⁊ ꝯuenientius. Si poſt verba ꝯſecrationis panis. ⁊ ſiue ante ſiue poſt ꝯſecrationem ſanguinis. ante tamen ſumptionem panis remoueatur ille panis ⁊ recipiatur aptus panis. atq; conſecretur vt ſupra. Panis vero ſupra quem prolata ſunt verba ꝯſecrationis reuerenter tractetur. et ſumatur a celebrāte poſt ſumptionem ſanguinis vel a miniſtrante. Si poſt ſumptiōem illius panis et ante ſumptionem ſanguinis recipiatur de nouo panis aptus et conſecretur vt ſupra. atq; ſumatur. non obſtante q̄ ieiuniū ſit ſolutum per ſumptionem panis non conſecrati. quia preceptum de perfectione huius ſacramenti maioris eſt ponderis q̃ preceptum q̄ hoc ſacramētum a ieiunis ſumatur. Si poſt ſumptionem ſanguinis. reponatur nouus panis aptus vt ſupra ⁊ nouū vinum. et cum repetitione canonis fiat noua ꝯſecratio vtriuſq; atq; ſumptio. ne ſacramentum maneat imperfectum. Si vero panis aptus ⁊ debitus haberi nō poſſet ante ꝯſecrationem. deſeratur miſſa incepta

iij Quid agendum ſi panis appoſitus ꝑcipiat̄ eſſe corruptus

Sol. Quia panis corruptus dicit̄ qui ſubſtantiam et ſpēm panis ꝑdidit. vel ex putrefactione. vel vetuſtate. vel alio huiuſmodi. qḋ percipi poteſt cum ꝯtinuitas ſoluitur. ⁊ ſapor. odor. color aliaq; accidentia mutata ſunt. ideo non eſt panis neq; ꝯſecrabilis Dubium
Si ergo percipiatur aliquo modoꝝ circa p̄cedens dubiū expreſſoꝝ. agat̄ etiam eo modo quo ibidem dictū eſt

iiij Quid agendū ſi panis nō fuerit appoſitus. vel poſt appoſitionē ablatus. ⁊ nō ꝑcipiat̄ donec veniat̄ ad verba ꝯſecratōis.

Sol. Apponat̄ panis aptus. repetat̄ canon. ⁊ fiat ꝯſecratio illius

v Quid agendū ſi panis ſit diſpoſitus ad corruptōem. ſicut notari poteſt ex aliqua mutatione ſaporis vel odoris. vel ſi habeat foramen vel fracturā. aut ablata ſit aliqua particula. vel nō ſit rotūdus vt moris eſt. vel habeat maculā aut aliū defectū ꝯſilem

Sol. Si aliquis iſtoꝝ caſuū occurrerit ⁊ ꝑcipiat̄ āte ꝯſecratōem ꝓpter reuerentiam ſacramenti remoueatur panis ille ⁊ apponat̄ alius panis aptus. Si aūt alius haberi non poſſit. ꝓcedat̄ nihilominus in miſſa ⁊ ꝑficiat̄. niſi defectus in pane adeo notabilis fuerit q̄ graue ſcandalū aſtantiū timendū ſit ſi ꝓcedat̄. Si ꝟo poſt ꝯſecratōem ꝑcipiat̄ talis defectus aut in ipſa ꝯſecratiōe tūc ꝓcedatur ⁊ perficiatur officium

vj Utrū in aliquo caſu ſacerdos licite poſſit legere vel cantare miſſam ⁊ nō ꝯſecrare penem ſiue ꝯficere corpus chriſti

# Capitulum

Dubium Sol. In nullo caſu licet. grauius em̄ peccat pſbiter criminoſus ꝗ ſe ce
lebrare ſimulat ⁊ non celebrat. ꝗʒ ſi celebraret. Proꝛſus itaqʒ
falſa remedia ſunt abijcieͤda. que ſunt veris periculis grauioꝛa

Articulꝰ. ij. Reſoluit octo dubia que occurrūt circa panem conſecratum ſiue coꝛpus
chꝛiſti ante ſumptionem

I Utrum ſacerdos conſecrans panem teneatur ſumere

Sol. Quotiens ſacerdos conſecrat tenetur ipſe ſumere

ij Utrum in predicto caſu teneatur ſemper totum ſumere

Sol. Non ſemper tenetur. Si em̄ ſacerdos ꝯſecret plures hoſtias pꝛo
viatico infirmoꝛum reſeruandas. vel alijs pro tunc diſponen-
das. non tenetur niſi vnam ſumere. Si etiam aliquis ſub miſ
ſa incideret in infirmitatem vbi immineret periculum moꝛtis
et non haberetur alia hoſtia conſecrata. debʒ ſacerdos illā quā
Dubium ipſe ſumpturus erat totam diuidere. et partem infirmo dare.
Si etiam poſt ſumptionem ſanguinis chꝛiſti et ablutionis re-
periretur aliqua notabilis particula hoſtie conſecrate vel tota
hoſtia ꝯſecrata. tunc illa particula ſeu illa hoſtia reſeruari de-
bet ⁊ non pꝛo tunc ſumi. vt infra tangetur.

iij Quid agendum ſi depꝛehendantur alique particule ſuꝑ coꝛpo-
rali. palla. vel patena. que de hoſtia ꝯſecrata ſint reſolute.

Sol. Diligenter recolligantur. et ſumantur cum hoſtia ſumenda vel
ſanguine ante ſumptionem ablutionis

iiij Quid agendum ſi ꝓpter frigus aut aliam cauſam accidētalem ho
ſtia vel pars eius ceciderit in calicem de manu ſacerdotis

Sol. Si tota hoſtia inciderit nihil iterandum eſt. ſed obſeruatis cete-
ris obſeruandis ſumatur ſimul cuʒ ſanguine. Si vero pars ali
qua in manu remāſerit. frangatur illa. ⁊ pars vna mittatur in
calicem et procedatur vlterius moꝛe ꝯſueto

v Quid agendum ſi ceciderit hoſtia ꝯſecrata vel pars eius ſupꝛa
terram. vel lapidem. vel pannum. aut aliud ꝯſimile.

Sol. Statim reuerenter leuetur. ⁊ reponatur illuc vnde cecidit. perꝯſi
Dubium raturqʒ diligenter ſi alique particule de hoſtia reſolute ibi re-
manſerint. que ꝯſimiliter leuentur. Deinde locus vbi hoſtia
iacuit radatur. et abꝛaſa ꝯburantur. cineresqʒ in ſacrario repo
nantur. Et ſi locus non poſſit ꝯuenienter ſtatim radi circum
ſignetur ⁊ cooperiatur ne pedibꝫ tangatur. donec cōmode ra-
di poſſit. Si vero ſuper pannum. veſtem. aut aliud huiuſmodi
ceciderit. diligenter excutiatur pars illa vbi iacuit ſuper coꝛpo
rale vel patenam. poterit inſuper lauari. et aqua lotionis in pi-
ſcinam mitti. Et vbi occurreret caſus ꝙ ſacerdos non poſſet
conuenienter vel ſine graui ſcandalo leuare. vel ſteſſet pericu-
lum in moꝛa. vt timeretur ꝙ animal brutuʒ aut puer ſumeret
vel pedibꝫ conculcaretur. vel aliud huiuſmodi. tunc debet re-
uerenter leuari a miniſtrante vel aliquo alio etiam laico ſi non
aſſit alius ſacerdos. ⁊ poꝛrigi ad manum celebꝛantis

vi Quid agendū ſi ſacerdos caſualiter tangat hoſtiã cū naſo mento barba veſte vel alio hmōi

Sol. Si notabiliter tetigerit ita vt veriſimiliter timeri poſſit ꝙ aliqua particula minima hoſtie ibidē manſerit adherens .ſtatim poſt ſumptionem hoſtie .vel ante ſi ꝯmode fieri poterit.fricetur cū extremitate patene ſuper corporale illa pars naſi.menti.vel illi us quo tacta fuit hoſtia.Deinde excutiatur corporale ſup pa tenam.et ſi aliquid ibi appareat de hoſtia.ſumatur vel mitta tur in calicem ⁊ ſumatur cum ſanguine.⁊ nihilominus poſt ab lutionem digitorum diſcrete lauetur vel humectetur cum di gito eadem pars rei contacte ⁊ abſtergatur cum panniculo ab ſterſiuo quo calix abſtergi ſolet.Si cum veſte aut alio cōſimili tetigerit excutiatur pars illa ſuper patenam vel corporale.et agatur vt ſupra tactum eſt

vij Quid agendū ſi hoſtia ꝯſecrata ꝑ ventū vel aliquo alio mō fue rit amota de altari ⁊ amiſſa. Dubium

Sol. Fiat diligentiſſima ꝑquiſitio ad inueniendū hoſtiam.que ſi in uenta fuerit reuerenter reponatur ⁊ procedatur in miſſa. Si vero inueniri non poſſit accipiatur noua hoſtia. reincipiat̃ ca non et ꝯſecret̃.deinde procedat̃ modo ꝯſueto.

viij Quid agendum .ſi cū ſumendū eſt ſacramentum.corpus chriſti miraculoſe appareat ſub ſpecie carnis vl̃ pueri vel aliaꝗ alia nō ꝯuenienti humane refectioni.

Sol. In tali caſu non eſt ſumendum.nec propter hoc ſacerdos effici tur tranſgreſſor precepti .quo ſcʒ mandatur vt ſacerdos conſe crans ſumere debeat conſecratum.quia que miraculoſe fiunt le gibus non ſubduntur.

Reſoluit ſeptem dubia circa panē ꝯſecratū ſiue corpus chriſti poſt ſum ptionem occurrentia Articulus.iij

I Quid agendum ſit ſi in ſumptione ſanguinis remaneat pars ho ſtie in fundo calicis

Sol. Cauendum eſt ne infundatur vinū vt cum illo ſumatur. quia ſi cum vino ſumeretur.ex quo vinum citius deſcenderet in ſto machum et preueniret deſcenſum illius partis hoſtie. tūc iam ſolutum eſſet ieiunium.⁊ ita ſacerdos nō ieiunus ſumeret.qđ in hoc caſu fieri nō debet.cum aliud ⁊ facile remedium haberi poſſit.hoc videlicet.vt digito ꝯſecrato ducatur illa pars ad la bium calicis.⁊ inde ſumatur.poſtea digitus ſugat̃ ⁊ abluatur cum vino.⁊ illud etiam ſumatur Dubium

ij Quid agendū ſi poſt ſumptōem ſanguinis reꝑiant̃ alique ꝑticu le ſiue reliquie reſolute de hoſtia

Sol. Si certum ſit ꝙ ſint reſolute de hoſtia ꝯſecrata.et reperiant̃ an te ſumptōem ablutionis.ſtatim ſumant̃. Si poſt ſumptōem ablutionis reperiantur.et ſit aliqua ita magna ꝙ poſſit abſqʒ periculo tractari ⁊ reſeruari.tunc reſeruetur vſqʒ ad proximaʒ

celebrationem. in qua hoſtia ſumatur. niſi graue ſcandalum ti
meaꝛ euenire ex reſeruatione Si aūt omnes ſint adeo parue ꝙ
abſqꝫ periculo tractari ꝛ reſeruari non poſſint. tūc ſumaꝛ. non
obſtante ꝙ prius ſumpta ſit ablutio. qꝛ q̄ꝫ diu ſacerdos eſt in
actu ꝑfectionis ſacramenti ꝛ recollectionis reliquiarum. ꝗcꝗd
ſit dicitur fieri mox ꝛ in continenti nullo actu ꝯtrario interme
dio. id eſt quaſi ſimul ſumeret omnia anteqꝫ cenſeatur non ie-
iunus. Ubi etiam ſolutum eſſet ieiuniū non obſtaret. qꝛ prece
ptum de ꝑfectione ſacramenti maius eſt. vt ſupra patuit. Cau
tum tamen videtur vt ante ablutionem reliquie diligenter ꝑ
quirantur et recolligentur atqꝫ ſumanꝛ Si ꝟo dubiū ſit vtrū
reliquie iſte reſolute ſint de hoſtia ꝯſecrata. agatur tunc vt dic
tum eſt cū hac tū generali intentione ac ꝯditōe ſi ſint ꝯſecrate

iij Quid agendum ſi poſt ſumptionem ſanguinis chriſti reperiatur aliqua hoſtia integra

**Dubium**

Sol. Si certum ſit ꝙ ſit ꝯſecrata et reperiatur ante ſumptionem ab-
lutionis. ſtatim ſumi poteſt vel reſeruari. Sic etiam agendū
eſt ſi ſupermanſerit aliqua hoſtia de eis de quibus alij ꝯmuni
cati ſunt. Si poſt ſumptionem ablutionis inueniatur. reſerue
tur pro viatico. vel in ſequenti celebratione ſumatur. Si vero
dubium ſit an ꝯſecrata ſit. agatur tūc eodem modo vt dictū
eſt. cum hac tamen ꝯditione. ſi ſit conſecrata.

iiij Quid agendum eſt. ſi quis poſt ſumptionem corporis chriſti ſta
tim patiatur vomitum

Sol. Reuerenter recolligantur ſpecies panis ſi diſcerni poſſint. ꝛ repo
nantur in ſacrario. vel ſumanꝛ ab aliquo. ſi ſaltem aſſit aliquis
ad ſumendum diſpoſitus abſqꝫ nauſea. et ea in quibꝫ inuente
fuerint ſpecies ꝯburanꝛ. ꝛ cineres in ſacrario recondantur

v Quid agendum ſi quis poſt ſumptōem ſacramenti ex infirmita
te ſtatim emittat per ſeceſſum quod ſumpſit.

Sol. Recolligantur ſpecies. ꝛ fiat ſicut in caſu p̄cedentis dubij

vi Quid agendum ſi hoſtia ꝯſecrata ꝛ reſeruata reperiatur putrefa
cta vel aliunde corrupta

Sol. Reuerēter tracteꝛ ꝛ in ſequenti miſſe celebratōe ſumaꝛ poſt ſum
ptionē ſanguinis. Si ꝟo ſumi nō poſſit recōdaꝛ in ſacrario.

vij Quid agendum eſt ſi hoſtia conſecrata comeſta fuerit a mure vꝉ
ab aliquo alio bruto animali

Sol. Si animal illud ſtatim apprehendi. aperiatur corpus eius ꝛ dili-
genter perquiratur tam in ore q̄ꝫ in inteſtinis ſi alique ſpecies
inueniri poſſint. que ſi inueniantur. recolligantur ꝛ recondan-
tur in ſacrario. corpus vero animalis comburatur et cineres ſi
militer recondantur.

Reſoluens. xiiij. dubia circa vinū priuſqꝫ conſecretur incidentia

**Articulꝰ. iij.** I Quod et quale debeat eſſe vinum vt ſit aptum ad ꝯſecrandum

# Septimum

Debet eſſe vinū vitis de vua exp̄ſſum. Et ideo nō p̄t hoc ſacramentum ꝯfici in

Aqua vinata ſeu aqua ſuperfuſa ſuper aceruos vuarum poſt vinum expreſſum
Agreſto. id eſt ſucco de vua immatura expreſſo
qꝛ non eſt vinum

Aceto

Vino
Malogranatoꝝ
Mororum
Ceraſorum
Vitis adhuc in vua ꝯtento.
qꝛ nō eſt vinū

quia non expreſſum eſt de vua. et ſic magis habet rationem ꝗ debet ꝯmedi ꝗꝫ ꝗ debet potari

ij Quid agendum eſt ſi loco vini fuerit aqua vel aliqs alius liquor poſitus in calicem ad conſecrandum

Sol. Si ſacerdos hoc percipiat ante conſecrationem panis. ⁊ vinum nullo modo haberi poſſit. miſſam deſerat imperfectam nec vlterius procedat. Si autem vinum haberi poſſit. effundat priorem liquorem. et imponat vinum purum cuꝫ aqua. procedatꝗꝫ vlterius nil repetendo. Si vero percipiat poſt conſecratōem panis et ante ꝯſecratōem calicis. et vinū non poſſit haberi. procedat nihilominus corpus chriſti ſumendo abſqꝫ ſanguine ⁊ miſſam terminando. Sed ſi poſſit haberi vinū. effundat liquorē et p̄paret calicē vt ſupra. procedatqꝫ ad ꝯſecratōem calicis. incipiendo ibi. ſimili modo. nihil reperēs de prius lectis. Si aūt percipiat hoc poſt ꝯſecrationem calicis ⁊ ante ſumptionem atqꝫ diuiſionem hoſtie. tunc effundat illum liquoreꝫ in aliud vas. qui poſtea propter reuerentiam verborū conſecrationis ſuper ipſum prolatorū. mittatur in piſcinam. imponatqꝫ vinū aqua mixtū in calicē. quo facto. accedat ad ꝯſecratōem ſuanguinis reincipiendo ibi Simili modo. ⁊ deinde procedat more ꝯſueto. Vbi vero vinū haberi nō poſſet. ſumendū eſt corpus abſqꝫ ſanguine. vt in caſu precedenti. Et ita etiā in ſequentibꝫ agendū eſt. ſi vinū haberi nō poſſit. Sed ſi hoſtia ſit diuiſa. ⁊ ps miſſa in calicem. tunc caute extrahat illam partem. ⁊ reponat ſuꝑ patenā. ⁊ liquorem effundat in aliud vas. quē poſtea ſumat poſt ablutōem. vel in ſacrario recondat ꝓpter reuerentiā hoſtie ꝯſecrate impoſite in ipſum. Deinde imponat vinū cum aqua. ⁊ reincipiat vt dictū eſt. procedendo ad ꝯſecrationem ſanguinis. et qꝛ illa pars hoſtie que extracta eſt de calice non poteſt bene tractari ꝓpter humectatōem. ideo capiat aliam partem hoſtie nō humectatā. ⁊ cum verbis ac ſignis ꝯſuetis mittat in caliceꝫ. partē ꝓo humectatā ſumat cum alia parte non humectata. ⁊ procedat vlterius more ſolito. Si vero predictuꝫ liquorem percipiat poſt ſuſceptionem corporis chriſti. ante tamen ſumptōem et guſtatōem iſti⁹ liquoris indebiti. tūc ſi

Dubium

# Capitulum

cut prius extrahat partem hoſtie miſſam in calicem ⁊ reponat
ſup patenā. ⁊ faciat cū liquore vt pⁱus. Imponatq̧ vinū cum
aqua. ⁊ ꝯſecret ſanguinē reincipiendo vt ſupra. Et vbi facien-
da ſīt ſigna ſup calicē cū hoſtia añq̧ dr̄ ⁊ etiā cū dr̄. Pax dñi ⁊c̄
faciat ſigna illa abſq̧ hoſtia ſup calicē In ceteris ꝓcedat more
ſolito. tādē ſumat ꝑtē hoſtie humectatā ⁊ poſtea ſanguinē. et
miſſam ꝑficiat vt ꝯſuetū eſt. Sed ſi liquorē illū ſumere incepe
rit ⁊ adhuc in ore teneat vel ꝑtim deglutierit. dūmodo ꝑs ho-
ſtie in calice remanſerit emittat diſcrete ex ore in aliud vas. et
extrahat ꝑtem hoſtie. ⁊ agat cū liquore ⁊ ceteris vt in caſu pre-
cedenti. Si aūt etiam partem hoſtie in os ſuſceperit. nō tamē
Dubium adhuc tranſglutierit. diſcrete ⁊ caute totū emitat ex ore in ca
licem. deinde extrahat ꝑtem hoſtie vel ꝑticulas eius ſi in par-
ticulas reſoluta fuerit. ⁊ faciat in ceteris vt ſupra. Si vero par
tem hoſtie cum liquore ſumpſerit. tūc niſi graue ſcandalū time
atur apponenda eſt alia hoſtia ꝯſecranda. ⁊ calix cū vino ⁊ pa-
ne preparādus. ⁊ reincipiendū eſt a canone. ⁊ vtrunq̧ ꝯſecran
dum atq̧ ſumendū. ſed ſi graue ſcandalum timeat̄ ex appositi
one noue hoſtie. tūc preparet̄ calix cū vino ⁊ aqua ⁊ incipiat̄ ab
illo loco. Simili modo. ⁊ ꝯcludat̄ cum iſtis verbis. hec quoti-
enſcūq̧ feceritis in mei memoriā facietis. ⁊ ſtatim ſanguis ſic
ꝯſecratus ſumatur. Nec obſtat in iſtis caſibus ſolutio ieiunij
q̄ preceptū de ꝑfectione ſacramenti maius eſt q̄ȝ ꝑceptum de
ieiunio. vt ſupra dictū eſt. In omnibꝫ etiam dictis caſibꝫ cum
tali cautela ⁊ diſcretōe agēdū eſt. vt q̄ꝺtū fieri poterit ſcandalū
euitetur. Unde neq̧ hoſtia neq̧ calix iterato eleuari debet. ſi
prius facta fuerit eleuatio

iii Quid agendum ſi impoſitum ſit vinum corruptum

Dubium Sol. Quia vinum corruptū ſpeciem vini atq̧ ſubſtantiā amiſit. ſicut
mutatio accidentium demonſtrat. ideo non eſt ꝯſecrabile Cū
ergo percipitur eſſe corruptum aliquo modorum expreſſorum
in precedenti dubio. agat̄ tūc vt ibidem expoſitum eſt

iiii Quid agendum ſi vinum non ſit impoſitum calici. neq̧ aliquis
alius liquor. ſed dimiſſus ſit vacuus

Sol. Quācito percipitur imponendū eſt vinum aqua mixtum ⁊ vlte
rius ꝓcedendum. Si autem vinum haberi non poſſit ⁊ fuerit
ante ꝯſecrationem panis. tunc miſſa deſeratur imperfecta Si
vero ꝯſecratio panis facta ſit procedatur in miſſa. vt circa ſecū
dum dubium huius articuli clarius expoſitum eſt.

v Quid agendum. ſi vinum ſit diſpoſitum ad corruptionem nō tñ
corruptum eſt. vt ſi aceſcat. vel ſi ſit pendulum. aut fetidū. vel
immundum. aut alium ꝯſimilem habens defectum

Sol. Si ꝑcipiat̄ ante ꝯſecrationem calicis. remoueat̄ ⁊ apponat̄ vinū
aptū ſi haberi poſſit. Si aūt haberi nō poſſit. vel ſi ꝑcipiat̄ poſt
ꝯſecrationem procedatur ⁊ perficiatur officium

vi Utrum in muſto poſſit confici hoc ſacramentũ
Sol. Poteſt bene confici. ſed non debet. niſi fuerit defecatũ vel purifi-
catum. niſi neceſſitas cogat. qua cogente poſſet etiã exprimi vi
num de vua in calicem
vij Utrum vino ꝯſecrando poſſint vue integre ꝑmiſceri
Sol. Hoc fieri non debet. quoniã ꝓhibitum eſt. vt habeť de ꝯſe. diſt. ij.
c. didicimus. Neq₃ ꝑmiſceri debet vinũ ex vua preſſuz in calicẽ
viij Utrum confici poſſit hoc ſacramentũ in nectare ſiue in vino con
dito aut per ſpẽs aromaticas colato
Sol. Quãdiu natura ⁊ ſpecies vini manet. poteſt confici. non tamen
fieri poteſt niſi in caſu neceſſitatis
ix Utrum poſſit confici in vino puro abſq₃ ꝯmixtione aque
Sol. Poteſt. ſed nõ debet. vñ ſi ſacerdos ante ꝯſecrationẽ deprehẽdat
aquã non eſſe ꝯmixtã ſtatim ꝯmiſcere debet
x Que ⁊ qualis debet eſſe aqua que vino ꝑmiſcenda eſt
Sol. Aqua debet eſſe naturalis ſiue elemẽtaris ⁊ pura
xi Quanta debeat aqua vino admiſceri Dubium
Sol. Tam modica debet imponi. ꝙ vinũ in ſua natura ⁊ ſpẽ poſſit per
manere. ſi em̃ a natura ſua mutareť non poſſet confici Uñ vna
gutta aque q̃ntũcunq₃ parua dũmodo debito tp̃e fuerit impo
ſita vt poſſit fieri mixtio ſufficit. ⁊ p̃cipue ſi vinũ fuerit debile
xij Utꝝ ſufficiat ꝙ aqua fuerit vino admixta adhuc exñte in dolio
Sol. Non ſufficit. q₂ em̃ ꝯmixtio illa ſacramẽtalis eſt. ideo fieri nõ de-
bet anteq̃₃ miſteria inchoenť. vel fiat prepatio ad inchoandũ. et
ad tardius imminẽte oblatione. vt ſc₃ poſſit fieri trãſmutatio
aque in vinum
xiij Utrum quis licite poſſit non cõſecrare vinum facta conſecratio-
ne panis.
Sol. Non poteſt licite. ꝑfecta em̃ debent eſſe ſacramẽta. Criſtus autẽ
hoc ſacramentũ ſub ſpecieb9 panis ⁊ vini inſtituit. vñ vtrunq₃
offerri. ꝯſecrari. ⁊ ſumi debet.
xiiij Quid agendũ ſi ſacerdos deꝑhendat vinum eſſe ꝯgelatũ in cali
ce cum vult conſecrare.
Sol. Sacerdos curã adhibere debet vt reſoluatur. vel ꝑ applicationẽ
prunaꝝ. aut panni calefacti. vel manuũ calefactaꝝ. aut ꝑ infu-
ſionẽ vini calefacti. vt recipiat rõem actualẽ potus. Si tñ non
reſolueret nihilomin9 poſſet confici. q₂ ꝑ ꝯgelationẽ natura vi-
ni nõ eſt corrupta. Hoc tñ caueri debet q̃ꝫtum fieri poteſt

¶ Reſoluit octo dubia que circa vinum ꝯſecratum ſiue ſanguinẽ criſti an- Arti. v.
te ſumptionẽ occurrere poſſunt

I Quid agendũ ſi ſacerdos poſt ꝯſecrationẽ recolat vel deprehen Dubium
dat aquam nõ fuiſſe admixtam vino. vtrum videlicet adhuc
debeat admiſcere
Sol. Nullo mõ debet aquam vino ꝯſecrato admiſcere. q₂ ſequereť cor-

ruptio ſacramenti ad minus in aliqua pte. quod caueri debꝫ ſi
fieri poſſit. ſꝫ ꝓcedat ſine admixtiōe aque. Admixtio eñ aque
non eſt de neccitate ꝯſecrationis. ſꝫ ꝯſecrantis
ij Utrum ſacerdos ſemꝑ teneatur ſumere ſanguinem
Sol. Quotienſcūqꝫ ꝯſecrat tenetur ſumere. niſi irremediabile impedi
mentū ſupueniat Si autem al's ſacerdos nō celebrans ꝯmuni
cando ſumat corpus xp̄i. talis nō debet ſanguinē ſumere ſed vi
num non ꝯſecratū poſt ſumptionē corporis.
iij Quid agendū eſt. ſi ſacerdos ex quacūqꝫ cauſa nō poſſit ſumere vi
num. ⁊ ita etiā neqꝫ ſanguinē ſumere valeat
Sol. Si ſacerdos ſciat vel ꝓbabiliter timeat ꝙ nō poſſit abſqꝫ nauſea
et ꝑiculo vomitus vel alio incōuenienti. tantū vini ſumere q̄n
tum ad ꝯſecrationē neceſſariū eſt. nō debet celebrare Et ſi miſ
ſam inceperit ⁊ nondū ꝯſecrauerit corpus. inceptā deſerat. Si
aūt poſt ꝯſecrationē corporis ⁊ ante ꝯſecrationē ſanguinis ſen
tiat vel timeat ſe nō poſſe ſumere ſanguinē propter nauſeam ex
inſpectiōe vel odore vini ꝯſecrandi. vel alio hm̄ōi accidēte. non
debet ꝯſecrare ſanguinē. Sed debet ꝓcedere ſicut in illo caſu
vbi poſt ꝯſecrationē panis calix deꝑhenditur vacuus vel liq̄re
Dubium nō ꝯſecrabili paratus. ⁊ nō poteſt vinū debitū haberi ad conſe
crandū. ꝑut tactū eſt ſupius articulo quarto in ſolutiōe ſecūdi
dubij. Si ꝟo poſt ꝯſecrationē ſanguinis ⁊ ꝑcipue circa tēpus
ſumptiōis eius hoc ſentiat vel timeat. tutius eſt ꝙ nō ſumat. ſꝫ
reuerēter atqꝫ diligenter reſeruet vſqꝫ ad proximā celebrationē
In qua poſt ſanguinē tunc ꝯſecratum ⁊ ſumptū. ſumat illum
ſanguinem reſeruatum
iiij Quid agendum eſt. ſi cum ſumi debet ſanguis ſpecies vini ſit cō
gelata. ita ꝙ nō debite poſſit ſumi
Sol. Fiat reſolutio aliquo modoꝝ ſupius tactoꝝ circa. xiiij. dubium
articuli quarti. hoc tn̄ obſeruato ꝙ nullo mō ſupinfundatur vi
num calefactū. eadem rōne qua nō debet admiſceri aqua vino
ꝯſecrato. vt circa primū dubium huius articuli dcm̄ eſt.
v Quid agendū ſit. ſi muſca aut aranea vel aliud huiuſmodi ceci
derit in ſanguinem.
Sol. Animal illud caute debet capi. ⁊ diligēter lauari ⁊ cōburi. ⁊ ablu
tio cum cineribꝰ in ſacrariū mitti. Et ſi abſqꝫ horrore ⁊ ꝑiculo
ſumi poſſit ſanguis. ſumat more ꝯſueto. Si aūt ꝓpter horrorē
vel periculū vel timorē vomitus ſumi nō poſſit. tunc debet ef
fundi in aliud vas ad hoc aptū. ⁊ cum reliquijs reſeruari. Ni
hil eñ abhominabile ſumi debet occaſione huius ſacramēti
Et tunc ne ſacramentū maneat imꝑfectū. debet aliud vinum
aqua mixtū in calicē poni. ⁊ vlterius procedi eo mō quo ſupe
rius circa ſcd̄m dubium articuli quarti expoſitum eſt. ſiue ꝙ an
te vel poſt ſumptionē corporis hoc deꝑhendatur.
vi Quid agendū ſit. ſi ſacerdos ante ſumptionē ſanguinis deꝑhen

dat venenū eſſe immiſſum in calicem.

Sol. Nullo mō debet ſumere. nec alteri dare. ne calix vite vertatur in mortem. Sed debet infundere in aliud vas aptum. ꝛ vlterius ꝓcedere modo in p̄cedenti dubio expreſſo

vij Quid agendū ſit. ſi ſanguis effundatur per negligentiā nō ex tota. ſed in parte. vel aliquid ſtillauerit de calice Dubium

Sol. Quocunqꝫ ſanguis ceciderit extra calicem. ſtatim ꝛ reuerēter recolligatur diſcretiori modo quo fieri poterit. ꝛ in calicem refundatur. Si autē nullatenus recolligi poſſit. tunc cito lambatur aut abſorbeat vel ſugatur per ſacerdotē. ne vel defluat vel imbibatur a re illa ſuꝑ quam ceciderit. Nec obſtat ſi nōdum ſumpſerit corpus xp̄i. q̃ neceſſitas hic cogit vt ſanguis ſumatur ante corpus. Si vero ſacerdos nō poſſet hoc tam celeriter facere. vel vbi de hoc graue ſcandalū timeretur ſi ipſe hoc facere. tunc poteſt ꝛ debet miniſtrās ad miſſam (ſi ſaltem ſit diſpoſitus ad minus per veram contritionē ꝛ ꝓpoſitum ꝯfitendi ꝛ cum hoc ſit ieiunus ꝛc.) hoc facere. Et p̄cipue ſi celebrās p̄bo vel ſigno id iubeat. Et ſi miniſtrās nō fuerit diſpoſitus. poterit ꝛ debet hoc alius diſpoſitus facere. etiā ſi ſit laicus. neceſſitate ad hoc vrgente. Melius eſt enī id facere q̄ꝫ ꝙ enormis irreuerentia fieret venerabili ſacramento. vtputa ꝙ canis vel aliud animal inciperet lambere vel deſuꝑ mingere. aut ꝙ pedibus cōculcetur. aut alia hmōi irreuerentia abhominabilis contingat. Si preterea ſanguis ceciderit in terram vel ſuꝑ tabulam aut aliud hmōi. poſt actionē eorum que iam dicta ſunt. radatur locus quē tetigit. ꝛ quod abraſum fuerit ꝯburatur. ꝛ cinis intra altare vel ſacrariū recondatur. Si aūt ſanguis linthium altaris vnū vel plura tetigerit. fiat poſt ſuꝑdicta trina lotio illius vel illoꝝ cum aqua munda calice ſuppoſito. vt in illum aqua ablutionis recipiatur. que poſtea ſumatur a celebrante vel miniſtrante. Si tamē propter nauſeam ſumi nō poſſit. recondatur talis ablutio iuxta altare vel mittatur in piſcinam.

Similiter etiā agendum eſt. ſi ſuper aliquā veſtem ꝯſecratam ſanguis xp̄i ceciderit vel illam caſu aliquo tetigerit. Si autē ſanguis ſuꝑ veſtem non ꝯſecratam ceciderit vel tetigerit. poſt trinam ablutionē factam eo modo quo ſupra dictum eſt illa pars veſtis reſcindatur. ꝛ in altari vel ſacrario cum alijs reliquijs reponatur. vel illa pars veſtis igne cōburatur. ſi ſacerdoti magis expediens hoc videatur. ꝛ cineres recondātur iuxta altare vel ſacrarium vt ſupra tactum. Tutum etiā eſt. vt veſtis illa ſuꝑ quam ſanguis xp̄i cecidit ad vſum priorem nō aſſumatur. ſed vel veſtis conſecrāda cultui diuino apta ex ea fiat. vel recondatur. vel cōburatur vt ſupra dictū eſt. Simili etiā modo agendum videtur ſi ſanguis xp̄i tetigerit capillos ſacerdotis vel ceciderit ſuꝑ barbam eius. Fienda eſt enī ablutio capilloꝝ eo mō quo ſupra dictum eſt de veſte. ꝛ fiat abraſio capilloꝝ vel barbe et cōburantur. ꝛ ponātur cineres in ſacrario. Si autē ſanguis xp̄i tetigerit caput aut faciem vel aliam p̄tem corporis nudam. ſufficit ꝙ diligēter ꝛ diſcrete lauetur. ꝛ de ablutione fiat vt ſupra dictum eſt de ablutiōe veſtis et aliarum rerum ꝛc.

Dubium viij Quid agendum. ſi ſanguis ex toto effundat̃. ita ꝙ nihil penitus maneat in calice quod ſumi poſſit.

Sol. Si de effuſo aliq̃d recolligi poſſit vel lambi aut ſorberi aut ſugi agendũ eſt vt in ſolutione p̄cedentis dubij tactũ eſt. ¶ Si aũt nullum iſtoꝝ fieri poſſit. ne ſacramentũ maneat imꝑfectũ. pre‑parãdus eſt calix de nouo cũ vino ⁊ aqua. ⁊ vlterius ꝓceden‑dũ eſt ſicut in caſu quo calix poſt ꝯſecrationẽ corporis vacuus dep̄hendicur. vel inepto liquore p̄pparatus. vt ſupius arti. iiij. circa reſolutiões ſecũdi ⁊ quarti dubioꝝ exp̄ſſum eſt

Arti. vi. Reſoluit ſex dubia que circa ſanguinẽ poſt eius ſumptionẽ occurrunt

I Quid agendũ ſit. ſi ſacerdos poſt ſumptionẽ ſanguinis dep̄hen‑dat aliquã guttam adherere orificio calicis. vel exterius in pe‑de aut alia parte calicis

Sol. Si certus ſit ꝙ illa gutta ſit ꝯſecrata. q: videlicet ſcit ſe poſt p̄pa‑rationẽ calicis diligẽter abſterſiſſe calicem tam exterius q̃ etiã interius ab illo loco vbi ſtat vinũ infuſum. tũc debet ſumere il‑lam guttã ante ſumptionẽ ablutionis Si aũt ſit dubius an ſit ꝯſecrata. ſumat ſub hac generali intentiõe ⁊ ꝯditione. ſi ſit cõſe‑crata. Si vero certus ſit ꝙ nõ ſit ꝯſecrata ſumat cum ablutio‑ne. vel poſtea abſtergat ſi exterius adhereat. ¶ Quõ autẽ ha‑beri poſſit ꝓbabilis certitudo in tali vel alijs caſibꝫ cõſimilibꝫ patebit ex cap̄lo ſequenti arti. p̄mo circa reſolutionem xiij. du‑bij ⁊ ſequentiũ.

ij Quid agendũ eſt. ſi poſt ſumptionẽ ſanguinis dep̄rehẽdat ſacer‑dos aliquã guttam vel liquorẽ ſpeciei vini adherere caſule vel manipulo. aut alteri hm̃õi

Dubium Sol. Si certus ſit de ꝯſecratione iſtius gutte vel liquoris lambat vel ſugat. ⁊ ꝓcedat vt ſupius in ſolutiõe ſeptimi dubij articuli p̄ce‑dentis dcm̃ eſt. Si ꝟo dubitet. faciat hoc ſub ꝯditione. vt cir‑ca p̄cedens dubium dcm̃ eſt ¶ Si aũt certus ſit ꝙ nõ ſit ꝯſecra‑tus liquor ille vel gutta. tunc nõ eſt curandũ de tali

iij Utrum ſtatim poſt ſumptionẽ ſanguinis debeat fieri ablutio di‑gitoꝝ ſuꝑ calicem. Ex quo em̃ adhuc in calice remanſit aliqua ſp̄es vini. vtputa humor q̃dã ſiue humiditas ſub qua ſanguis ꝯtinetur. tales ſp̄es ſi vinum ſuꝑinfundat̃ corrumpent̃. ⁊ ſic ibi deſinet eſſe ſanguis xp̄i Quid igit̃ agendum ſit vt ſumi poſſint abſqꝫ corruptione

Sol. Circa hoc ſacramentũ de poſſibilibꝫ agendũ eſt quod decentius eſt. ⁊ pro maiori reuerẽtia tanti ſacramẽti ꝯueniẽtius. Non eſt aũt poſſibile vt ſp̄es ſacramẽtales circa hui⁹ ſacramẽti celebra‑tionẽ diu manere poſſint incorrupte. ymmo neceſſe eſt vt cito corrumpant̃. Cum em̃ poſt ſumptionẽ in ſtomachũ deſcendũt nõ diu ꝑſiſtere pñt incorrupte. nõ ſolum ꝓpter ſubſequentẽ de‑bite ablutiõis ſumptionẽ. ſed ⁊ propter ꝯmixtionẽ humoꝝ in

ſtomacho etiaʒ ieiuno p̄exiſtentiū. Sic etiam in deſcenſu ad ſtomachum ſi ſint in parua aut modica q̄ātitate corrūpunꝭ per admixtioneʒ humoris ſaliualis. Et pari rōne etiā in ore. preſertim cum poſt deſcenſum ſanguinis adhuc remaneat in lingua ⁊ ore humiditas ſacramentalis. quam humor ſaliualis qui maior eſt corrumpit ¶ Ab extra quoq; hoc idē quādo q; neceſſario ꝯtingit. Nam ſi poſt cautā etiam ſanguinis ſumptiōem nō fiat abſterſio ſeu ablutio calicis. nihilominus humiditas in calice remanens ꝑ exhalatōem ſiue circūſtantem aerem corrumpetꝭ ⁊ deſinet ibi eſſe ſanguis ¶ Idem etiam ꝯtingit circa exteriorem ſuperficiem calicis in ea parte qua applicatum fuit inferius labiū ſacerdotis. Certum em̄ eſt ꝙ labio illo humectato humiditate ſacramentali. etiā dicta pars calicis humectatꝭ. ſic itaq; caueri nō poteſt quin ſpecies ille ſacramentales corrūpātur ⁊ deſinat ibi eſſe ſacramentū ¶ Abijcienda eſt igitꝭ penitus om̄is ſcrupuloſitas. vbi ineuitabilis occurrit neceſſitas. ꝯuenientiori tñ modo ⁊ decentiori vt diximus agendum eſt. et vbi occurrit difficultas ſemꝑ accipiendū eſt illud qđ minus habet de periculo. Non aūt videtꝭ modus ꝯueniens ꝙ cum lingua calix exterius vel interius lambatꝭ ⁊ ita humiditas illa ſumatꝭ vel abſtergatꝭ. precipue ꝓpter ſcandalū. neq; faciliter hoc poſſet fieri quo ad humiditatem que adheret fundo calicis. Sic etiam non videtꝭ ꝯueniens modus vt cum digito humiditas illa abſtergatꝭ. Oportet em̄ digitum poſtea abluere vel ſugere. et vtroq; modo ſpecies corrumperentur. ⁊ non poſſent ꝯuenire ad ſtomachū. Cum hoc etiaʒ poſſet occurrere periculū ſi videlicet humiditas ſacramentalis ſubintraret inter vnguem et cutem digiti. vbi neq; ablui neq; exui faciliter poſſet. Ex hoc poſſent aſtantes attediari et ſcandaliſari ꝓpter multiplicem immiſſionē digiti in calicē ⁊ alia hmōi ¶ Conuenientius ergo hoc mō agendū videtꝭ. vt ſacerdos cū diligentia ⁊ cautela ſic p̄mo ſumat ſanguinē de calice vt nihil amplius qđ ꝑ labia extrahi poſſit in eo remaneat. eleuādo ſurſum. vel erigendo pedem eius ⁊ declinādo ꝯcauū ipſius ꝓſus faciē. vel inter labia ſumendo. ⁊ ſic tenendo donec a fundo calicis tota humiditas que defluere poſſit defluat ad labiū calicis. diligenter tñ cauendo ne aliq̄d decidat. et inde ſumat ꝑ attractōem etiā cū anhelitu. Et poſtq̄ diligēter notauerit ꝙ nihil amplius defluere poſſit. abluat p̄mo caliceʒ ne aliq̄d de ſanguine adhreens remaneat in eo. ⁊ poſt ſumptōnem illius ablutōis abluat digitos ſuꝑ calicē. vt ſic ⁊ humiditas calicis ⁊ ſpecies panis ſi aliquid de illa in digitis remanſerit. totaliter abluatꝭ. deinde ſumat. Non ſit aūt nimis parcꝰ in vino circa ablutōem. ſed tm̄ capiat. vt os ⁊ labia. que ſpēbꝰ ſacramentalibꝰ fuerūt humectata ſufficientꝭ ablui poſſint. ⁊ vt etiā ꝑ labia ſic abluta poſſit ablui exterior ꝑs calicis ſpēbꝰ ſacramentalibꝰ p̄us humefacta. Valde aūt cauēduʒ eſt ne ſacerdos ſit nimis ꝓlixus in dicto mō agendi. vt nō gēneret tediū aſtantibꝰ. Nec ſit etiā in mō agendi ſingularis ꝯtra morem et ꝯſuetudinē dioceſis vel religiōis ſue. vt aſtātes nō ſcandaliſentꝭ de ſua ſingularitate. vel de alijs ſacerdotibꝰ qui illam ſingularitatem non obſeruāt ſuſpicātes eos errare

iiij Quid ſi ſacerdos pꝰ ſumptōeʒ ſacramēti vrgeatꝭ ſputo vel tuſſi ⁊c̄ Dubium

Sol. Ante ſumptõem ablutionis nullo mõ expuendũ eſt vel extuſſiendũ aut exſcreandũ. ne ſic ſpecies ſacramentales ⁊ ꝑ ꝯſequẽs ſacramentũ eiiciaꝛ. ſed ſputũ vel quod vrgit ad tuſſim aut ad exſcreatiõem retineaꝛ vel tranſglutiaꝛ. Si aũt ex nimia violentia hoc fieri nõ poſſet. expuaꝛ vel extuſſiaꝛ in aliquod vas aptum vel in calicem ſi aliud haberi non poſſit. vel in pãniculum mũdum. ⁊ poſtea materia illa (ſi nõ appareant alique ſpẽs ſacramentales in ea) ꝯburatur. ⁊ cineres reponantur in ſacrario Verũtamen ſi ſacerdos ante inceptõem miſſe p̄ſentiat ſe aliq̄ tali paſſiõe violenꝛ moleſtari. tutiꝰ eſt vt a celebratõe abſtineat. Si vero poſt ſumptõem debite ablutõis qua ⁊ os ⁊ labia ſint etiã ſufficienter abluta. vrgeaꝛ aliquo predictoꝝ. q̄uis non ſit amplius periculũ. tñ ꝓpter reuerentiã maiorem ſacramenti bonum eſt vt abſtineat q̄ntum p̄t quouſq; alium potum vel cibũ ſumpſerit. Si tñ nimis vrgeaꝛ. eiiciat huiuſmodi ſupfluitates ad aliquẽ locũ vbi non conculcentur pedibus. vel habeat ſecũ panniculum in quem mittat

Dubium v Quid agendũ ſi poſt aſſumptõem ſanguinis patiaꝛ ſacerdos vomitũ. vel ex infirmitate emittat ꝑ ſeceſſum qđ ſumpſit

Sol. Sufficiẽter pꝫ ex dictis. Si eñ ibi nõ poſſint deprehendi ſpẽs ſacramentales panis. ex quo ſpẽs vini iam ꝑmixte ſunt aliis humoribꝫ vt nõ poſſint diſcerni. qꝛ fortaſſis corrupte ſunt. inuoluenda eſt illa materia in ſtuppa vel panno ⁊ comburenda. ⁊ cineres reſeruandi ſunt. vt ſupra dictũ eſt

vi Quid agendũ ſi ſacerdos poſt ſumptõem ſanguinis deprehẽdat venenum aut animal venenoſum fuiſſe in calice. ⁊ illud ſeſum p̄ſiſſe. an ſcꝫ liceat ei euomere

Sol. Si ꝑ vomitũ ſperet ſe liberari. et preſertim ſi medicus ꝯſulat. tũc licet ei euomere. Hoc tñ caute fieri debet in aliquod vas mundum. et ſi alique ſpecies ſacramentales ibi apparcãt. recolligãtur. ⁊ in ſacrario reſeruenꝛ. reliqua vero materia comburatur ⁊ cineres ſimiliter reſeruentur

## Capitulum. viij. de dubiis que circa debitã formã ꝯſecrationis iſtius ſacramenti occurrũt. ⁊ duos hꝫ articulos

Arti. primus Reſoluit. xvi. dubia circa formã ꝯſecratõis panis occurrentia.

I Que ſit ſufficiens ⁊ debita forma ꝯſecratõis panis

Sol. Forma eſt iſta. Hoc eſt corpus meum

ij Utrum hec ꝯiunctio (enim) ſit de ſubſtantia forme ⁊ de neceſſitate etiam proferenda

Sol. Non de ſubã forme. neq; de neceſſitate ꝯſecrationis ſacramenti nõ tñ debet ſcienter omitti. alioquin ſacerdos grauiꝛ peccaret

iij Utrũ ſacerdos ſi omiſſis omnibꝫ aliis que in miſſa dici ſolent diceret ſolũ p̄dicta v̄ba ſup panẽ aptũ ꝯſecraret.

Sol. Si ea diceret cū intentōe ꝯſecrandi. tūc ꝯſecraret. ſed grauiť peccaret faciens ꝯtra ordinē eccľie. vñ in nullo caſu hoc faciēdū eſt

iiij Utrū ſacerdos ꝯſecraret ſi p̄dicta verba vel aliqua eoꝝ mutaret q̄tum ad idioma. ꝓferendo ſcꝫ in alio idiomate

Sol. Si ꝑ hoc intenderet inducere hereſim vel errorē in eccleſia. ⁊ formā eccleſie abijcere tanq̄ȝ inutilem vel inefficacem. ⁊ ſuā introducere quaſi magis ſufficientē ⁊ efficatiorē. nō ꝯſecraret. qꝛ deficeret in intentōe requiſita ad ꝯſecrandū. Si ꝟo nullū p̄dictorum intenderet. ſed ꝯſecrare ſḿ intentōem eccleſie. tūc ꝯſecraret. ſed grauiter peccaret ritū ⁊ eccľie inſtitutōem nō obſeruās

v Utꝝ ſacerdos ſi addat aliq̄ alia ꝟba ad p̄dictā formā ꝯſecret.

Sol. Si ꝑ talem additōem mutet̄ ſ̄ ficatio ꝟboꝝ vel ſenſus orōnis. ita ꝙ diſtrahant̄ a ꝓpria ſ̄ ficatōe vel ſenſu. non fit ꝯſecratio. Si ꝟo maneant ſ̄ ficatio ⁊ ſenſus. fit conſecratio. ſed ſcienter ſic faciens grauiter peccat ratōne qua ſupra. Si tñ interponerent̄ multa verba impertinentia per que ſolueretur ꝯtinuitas orationis non fieret conſecratio

vi Utrum ſacerdos ſubtrahens vel diminuens aliquid de predicta forma conſecret.

Sol. Si ſubtrahat̄ aliqḋ q̄tuor ꝟboꝝ q̄ ſunt de ſub̄a forme. nō fit conſecratio. Si vero ſubtrahat̄ vel omittat̄ aliq̄ ſyllaba vel littera ex cuius ſubtractōe nō impedit̄ ſ̄ ficatio vel ſenſus. ſicut p̄t ꝯtingere in vltima ſyllaba vel littera dictiōis. tūc ꝯſecrat̄. diligent̄ tñ cauendū eſt ne h̄ fiat. Si aūt formidat̄ ꝙ impedita ſit ſignificatio vel ſenſus. tutius eſt vt forma a p̄ncipio repetat̄

vij Utrū incōgrue ꝓferens ꝟba ꝯſecratōis ex imperitia lingue vel inaduertentia. vel alio hm̄ōi. ꝯſecret **Dubium**

Sol. Si ex hm̄ōi incōgruitate nō impediatur ſ̄ ficatio ꝟboꝝ vel ſenſus orationis quin verus ſenſus forme cōſecrationis capiatur. fit conſecratio. ſcienter tamen hoc faciens grauiter peccat ratiōe ſuperius expreſſa.

viij Utrū ſacerdos faciēs trāſpōnem ꝟboꝝ ꝯſecratōis. ꝯſecret

Sol. Sola tranſpoſitio ꝟboꝝ nō impedit ꝯſecratōem. ſꝫ tñ fieri nō dꝫ Si aūt cū hoc variaret̄ ſenſus. tūc non fieret ꝯſecratio. vt ſi interrogatiue diceret̄. eſt hoc corpus meū. Aduertendū tñ circa dictas variatones vbi dictū eſt ꝙ nō impediūt ꝯſecratōem. h̄ verū eſſe. niſi quis ꝑ eas intenderet inducere hereſim vel errorem. put tactū eſt in ſolutōe q̄rti dubij p̄cedentis.

ix. Utrū ſacerdos faciēs interuallū in ꝓlatōe ꝟboꝝ ꝯſecret

Sol Si paruū faciat interuallum. vtpura ſi ſpuat vel tuſſiat. vel aliud hm̄ōi faciat. nō impedit̄ ꝯſecratio. ſi vero magnū faciat interuallum. vt ſi poſtq̄ȝ dixit. hoc eſt. dormiat vel aliud faciat per qḋ ꝯtinuitas orōnis ſoluat̄. nō ꝯſecrat

x Quid agendū ſi ſacerdos nō recolat ſe dixiſſe ꝟba ꝯſecratōis vel alia que in celebratione huius ſacramenti dici debent

Sol. Si certus ſit ſe omiſiſſe aliquid eoꝝ que ſunt de neceſſitate ꝯſecratõis.reincipe debet a forma ꝯſecratõis ⁊ cetera ꝑ ordinẽ reiterare.ne mutetˀ ordo ſacrificiȷ̈. Si ꝟo ꝓbabiliter ei ꝯſter ſe aliquid omiſiſſe qđ nõ eſt de neceſſitate ſacramenti vel ꝯſecrationis.ꝓcedat vlteriꝰ ſine repetitõe. Si aũt nullũ iſtoꝝ ſit.ſꝫ ſoluꝫ nõ recolat ſe dixiſſe.nõ debet ex hoc mente ꝑturbari.ſed vlterius ꝓcedere. Nõ em̃ qui multa dixit ſemp recolit oĩa que dixerat.et in multũ aſſuetis ſepius nõ deliberatˀ. ideo minꝰ recolũtˀ

xi Utꝝ ſacerdos ꝑ p̃dictã formã poſſit ꝯſecrare panem abſentẽ

Sol. Nõ pt.ex quo em̃ forma in ſe ꝯtinet ꝓnomen demonſtratiuũ requiritur p̃ſentia materie ꝯſecrande.

Dubium xii Utꝝ per p̃dictã formã ſacerdos poſſit ꝯſecrare paneꝫ p̃ſentem in quacũqꝫ q̃titate fuerit

Sol. Poteſt.ſed nõ debet in maiori q̃titate ꝯſecrare q̃ꝫ neceſſariũ ſibi videtˀ ꝓ ꝯmunione fidelium.

xiii Utrũ ſacerdos ꝟba ꝯſecratiõis ꝓferẽdo ꝯſecret omnẽ panẽ preſentẽ in altari.ſiue ſit extra reſeruaculũ hoſtiaꝝ.ſiue intra.

Sol. Sacerdos ꝑ illa ꝟba nullũ panẽ etiã p̃ſentẽ ꝯſecrat. niſi ſuꝑ quẽ fertur intentio eius ꝯſecrandi.et omnẽ talẽ etiã ꝯſecrat. Unñ ⁊ oĩs alius panis quẽ nõ intendebat ꝯſecrare nõ eſt ꝯſecratus

xiiii Utrũ ſacerdos apponẽs plures hoſtias ꝓ populo cõicando ꝯſecrans ⁊ in ipſa ꝓlatõe ꝟboꝝ nõ dirigens intentõem actualiter ad omnes ſed ſolũ ad illã quã in manu tenet.oĩes ꝯſecret.

Sol. Si habeat intentõem ꝟtualẽ ad ꝯſecrãdũ oẽs.licet nõ habeat actualẽ.oẽs tñ ꝯſecrat. De hac intentõe dcm̃ eſt ſuperius capitulo.ij.arti.iij.in ſolutõe tercij dubij. Si aũt in ꝯſecratõe illius hoſtie quã manu tenet oẽs alias intendat excludere.tũc nullã aliã ꝯſecrat.ſed ſolũ iſtã quã ꝯſecrare intendebat

Dubium xv Quid ſi ſacerdos intendat ꝯſecrare centuꝫ hoſtias ſiue ꝑticulas tot habens cõicandos.⁊ appoſite ſint plures vel pauciores q̃ꝫ centum.vtrum facta conſecratione omnes ſunt conſecrate vel ſolum alique aut nulle.

Sol. Si expreſſe ⁊ diſtincte intendat ſolũ centũ ꝯſecrare cũ excluſione pluriũ ⁊ paucioꝝ.tũc nulla ꝯſecratˀ. Si aũt habeat intentõem ad ꝯſecrandũ oẽs illas numeratas vel in locũ ꝯſecrandaꝝ poſitas.licet erratũ ſit in numero.tñ oẽs ꝯſecrantˀ. Unñ cautuꝫ eſt vt ſacerdos plures hoſtias ꝯſecraturus.oĩes ſimul ante oculos ponat.et intentõem nunq̃ꝫ dirigat ad numerũ intendẽdo tot vel tot ꝯſecrare.ſꝫ ad oẽs ibi ſimul poſitas

xvi Quid ſi multe ſint hoſtie appoſite etiã ſimul.vtputa centũ vlˀ plures.⁊ ſacerdos intendat ſolũ decẽ ꝯſecrare ex illis.vtꝝ aliq̃.⁊ q̃ ſint ꝯſecrate poſt ꝓlatõem ꝟboꝝ ꝯſecrationis.

Sol. Si diſtincte diſcernat illas decẽ q̃s ꝯſecrare intendit.tũc illas cõſecrat. Si ꝟo ꝯfuſe ⁊ indiſtincte intendat ꝯſecrare deceꝫ illas.nõ notando ⁊ diſcernendo.tũc nullam ꝯſecrat

Reſoluit tria dubia que incidunt circa formã ꝯſecrationis vini — Arti. ij.

I  Que ſit ſufficiens ⁊ debita forma ꝯſecrationis vini

Sol. Forma eſt iſta. Hic eſt em̄ calix ſanguinis mei noui ⁊ eterni te/ſtamenti. miſteriũ fidei. qui pro vobis ⁊ ꝓ multis effundetur in remiſſionem peccatoꝝ.

ij  Utꝝ oĩa verba ꝑdicta ſint de ſubſtãtia forme ⁊ neccãrio ꝓferẽda. — Dubium

Sol. Sicut hec ꝯiunctio enim nõ eſt de ſuba forme ꝯſecratiõis panis ita nõ eſt de ſuba forme ꝯſecratõis vini. nõ ꝺʒ tñ ſciẽter omitti.

iij  Quid ſignificet hec dictio calix in predicta forma.

Sol. Significat liquorem vel ſanguinẽ in calice exiſtentẽ. Accipit̃ em̄ figurate cõtinens pro contento

¶ Pro ſolutiõe alioꝝ dubioꝝ q̄ circa predictã formã occurrere pñt notã da ſunt ea q̄ circa ꝑcedentẽ articulũ de forma ꝯſecratiõis panis dcã ſunt Cõſimilia em̄ dubia circa hãc formã ꝯſecrationis vini occurrere poſſunt Et pariformes habẽt etiã ſolutiones

## ¶ Capitulũ nonum de intentione ac rõne eorum q̄ in miſ/ſa dicuntur ſex includens articulos

¶ Premittit diuiſionẽ totius miſſe in partes ſuas principales

¶ Tota miſſa diuidit̃ in quinq̄ ꝑtes. In ꝑma ꝑmittitur preparatio ad digne ꝑficiendũ ea que agenda ſunt. In ſcd'a fit oblatio eoꝝ q̄ ꝯſecrã da ſunt. In tercia fit ꝯſecratio eoꝝ q̄ oblata ſunt. In q̄rta fit ſump tio eoꝝ q̄ ꝯſecrata ſunt. In q̄nta redditur grãꝝ actio ꝓſumptoꝝ ꝑ/ceptione. Prima ꝑs incipit ab introitu miſſe. ⁊ finit̃ ante canticũ offer torij. Scd'a incipit a cãtico offertorij. ⁊ finit̃ ante ꝑfationem. Ter cia incipit a ꝑfatione. ⁊ finit̃ ante orõem dñicam. Quarta incipit ab orõne dñica. ⁊ finit̃ ante antiphonã poſt cõ. Quinta incipit ab anti/phona q̄ vocatur poſt ꝯmunionẽ. ⁊ finit̃ in ꝯclõne totius miſſe — Arti. i.

¶ Primã ꝑtem ſubdiuidit. intentionẽq̄ ac rationẽ ſinguloꝝ que in ea dicũ tur clare exponit. — Arti. ij.

¶ Prima ꝑs ſubdiuidit̃ in duas ꝑticulas In ꝑma nempe preparatur affectus quadrupl'r. ſ. ꝑ deuotionẽ. humiliationẽ. rectã intentionẽ. ⁊ grẽ ꝯſecutionẽ. Deuotio em̄ excitat̃ per laudis iubilũ in introitu. Hu miliatio declarat̃ ꝑ miſerie gemitũ in Kyrieleiſon. Recta intentio ex plicatur ꝑ celeſtis glorie concentũ in Glã in excelſis. Gratie ꝯſecutio poſtulatur ꝑ orõnis ſuffragium in Collecta

¶ In ſcd'a vero ꝑticula preparatur intellectus dupl'r Primo diſpoſitiue per doctrinã ꝓphetaꝝ ⁊ apoſtoloꝝ in ꝓphetia vel epl'a. ꝑ vite ꝓfectũ in graduali. ꝑ ſpiritale gaudiũ in Alleluya. vel ꝑ cordialẽ luctũ in tractu

¶ Scd'o ꝑfecte per euãgelicã lectionẽ in euãgelio. ꝑ catholice fidei pro teſtationẽ. in Symbolo

Subdiuidit ſecundã partem cũ declaratione intentionis atq̄ rõnis eoꝝ que in ipſa dicuntur

¶ Secũda pars in tres ꝑticulas ſubdiuidit̃. In prima nãq̄ premittit̃ offerentiũ cum laude exultatio in cantico offertorij. In ſcd'a exprimit̃ — Arti. iij.

ipſa oblatio in his verbis Spiritu humilitatis. Suſcipe ſancta. In tercia petitur oblationis acceptatio in orõne ſecreta. Et quia exigũt eleuationẽ mentis ad deum. ideo ſingulis pmittitur Dñs vobiſcũ. Loco cuius cum orõ ſecreta dicenda eſt. p̄dicitur Orate fratres ⁊c.

Terciam ptem ſubdiuidit. ⁊ explicat intentionẽ ac rõnem illorum que in ea dicuntur

Tercia ps ſubdiuidit̃ in pticulas qnq3. in q̃p

Prima pmittit̃ p excitatõez ppl̃i ad deuotionẽ preparatio. in qua

Primo. concluſio orõnis ſecrete expreſſe pnunciat̃ — Per o. s.
Secũdo. a ſacerdote populus ſalutatur — Dñs vo.
Tercio. ppl̃s ad erectionẽ mẽtis incitat̃ — ibi — Surſuz c.
Quarto. ad grãs agendas ppl̃s exortatur — Grãs a.

Scda ſubiungit̃ deuota xpi laudatio. pmo quo ad eius diuinitatẽ. dum ↄcinit̃ cuz angelis Scũs ſcũs. ſcdo quo ad ei⁹ humanitatẽ. dum canitur cũ pueris Bñdictus q ve.

Tercia petit̃ ↄſecrandę materię bñdictio ⁊ accepta°. vbi

Primo general̃r premittit̃ qd petatur q̃tum ad

Oblationẽ que dr ſacrificium — Te igit̃.
Offerẽtes ⁊ eos p quib⁹ offert̃. quoꝝ ſalus poſtulatur — ibi — in pmis
Eos quoꝝ patrociniũ implorat̃. in quoꝝ etiã reuerentiam offertur — p eccl'. — cõmu.

Scdo ſpecial̃r ⁊ expſſe ↄcludit̃ quid p oblatõez hoſtie impetrandũ poſtulet̃. ibi Hanc igit̃.

In quarta pagitur ↄſecratio. vbi primo effectus ↄſecrationis poſtulatur. ibi Quã obla. Scdo. ipſa cõſecratio cõſummatur q̃tum ad corpus xpi. ibi Qui pridie. ⁊ q̃tum ad ſanguinẽ xpi. ibi Simili modo Tercio rei cõſecrate ↄmemoratio explicatur. ibi Unde ⁊ memo.

In qnta exprimit̃ virtutis cõſecrati ſacramẽti poſtulatio. vbi

Prio pmittitur quid petatur quo ad

Grãm vbi petitur

Primo acceptari ſacramentũ — Supra q̃.
Secũdo dari gratie donũ — ibi — Supplic.

Gloriã p

Mortuis — Memẽto etiã
Uiuis — ibi — Nobis quoq3

Scdo petitio finitur. ⁊ inducitur mediator p quẽ petita obtineri ſperant̃. cum ↄcluditur. p xpm dñm noſtrũ ⁊c.

Tercio totus canon ↄcluditur. ⁊ oĩa circa ↄfectionẽ hui⁹ ſacramenti pacta in xpm pr̃is filium reducunt̃. Et pmo ea que

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

ſunt ex pte ſacramenti. ibi Per quē. Secūdo ex parte pſonaꝝ in ſacramento operantiū. ibi Per ipm

¶ Subdiuidens quartā partem cum expoſitione intentiōis ꝛ rōnis ſinguloꝝ que in ipſa dicuntur. Arti. v.

Quarta ps ſubdiuiditur i duas pticulas In

Pria preponiť ad ſumptōz ſacramēti prepatio

Orōis q̄ fit p

Orōnem cōez .ſ. dn̄icam. vbi pmittiť Exhortatio Preſūptiōis excuſatio ibi Orem⁹ Precep

ponitur Celeſtis panis poſtulatio ibi Panē noſtrū quo. ꝛc.

Depcationē ſacerdotꝫ priuatā. ibi Li. n. q.

Pacis ꝯcupiſcentiā. que a ſacerdote pplo optatur. ibi Pax dn̄i. ꝛ a pplo poſtulať. ibi Agnus dei. ¶ In miſſis tn̄ defunctoꝝ vbi ſacrificium nō p pace pn̄ti. ſꝫ p futura requie offertur. tunc pax nō poſtulatur

Specialis. q̄ fit per primā orōnem ſacerdotis. vt cum dt Dn̄e iheſu xpe fili dei viui ꝛc. vel aliquā aliā orōēz addit. Nam diuerſi diuerſas vel p ſua deuotiōe vel p pro locoꝝ ꝯſuetudine addunt orōnes

Secunda ſubiungiť ſacramenti ſumptio a ſacerdote. qui poſt priuatā orōnem ſacramentū ſumit. ad quod debet eſſe diſpoſitus mō ſupius caplo. vi. arti. i. expoſito. ¶ Etiā oſtendiť ſacramenti ſumptio ab illis quib⁹ per ſacerdotē diſpenſatur

¶ Cōmuniter etiā ꝯſueuerunt celebrātes poſt ſacramenti ꝑceptionē quaſdā priuatas orōnes dicere p gratiaꝝ actione

vt quidā dicunt
Corpus dn̄i nr̄i iheſu xpi ꝛc.
Quod ore ſumpſimus ꝛc.
Quaſdā alias orōes ſpēales
put eos deuotio vel cōſuetudo puocat

Quod diſcretioni vniuſcuiuſqȝ relinqtur. Uerum tn̄ melius videtur vt nihil vocaliť exprimať preter ea que in libro miſſali ꝯtinentur ſm q dcm̄ eſt ſupius caplo. vi. arti. ij. in reſolutōe. ij. dubij. ne p hmōi verba pmiſceanť. diſcōtinueť. ꝛ interrumpanť ea que ex inſtitutiōe vel ꝯſuetudine eccle dicēda ꝛ pferenda ſunt. Sꝫ vt ibidē tactū eſt ſi quis habeat affectū ad aliqua alia dicēda. dicat in corde p cogitationē ꝛ deuotā meditationē. Sic em̄ ꝛ talis pmixtio. interruptio. ꝛ diſcōtinuatio vitabitur. ꝛ affectus deſiderio ſuo nō fruſtrabitur

¶ Quintā partem ſubdiuidit. intentioneſqȝ ac rōnes eorum que in ea dicuntur explanat. Arti. vi.

¶ Quinta pars ſubdiuiditur in tres pticulas. In prima fit accepti beneficij ꝯmemoratio p antiphonā poſt ꝯmunionē. que cum quadā leticia canitur. In ſcda redditur p ꝑcepto beneficio gratiarūactio p orōem ſacerdotis q̄ ꝯplenda diciť In tercia ꝯcluditur totius miſſe ꝯſummatio

# Capitulum

per hec verba Ite miſſa eſt Benedicamus dño. vel Requieſcāt in pace. Ubi chorus vel miniſter grãs agens rñdet Deo grãs. vel defunctis requiem optans reſpõdet Amen. ad Requieſcāt in pace.

## Capitulũ decimũ de rõe ⁊ ſignificatiõe eoꝝ que in miſſa et circa eam aguntur cum breui epilogo ⁊ ꝯcluſione totius operis duodecim ꝯprehendens articulos

Arti. i. — Enumerat ea que in miſſa ⁊ circa ipſam aguntur.

In miſſa p̃cipue ſolẽni ac circa eã decẽ generalia p̃ncipaliter occurrunt ꝑagenda:

- I Lotio manuũ
- ij Thurificatio
- iij Altaris oſculatio
- iiij Sacerdotꝫ verſio et ꝓplꝫ ꝑ eum ſalutatio
- v Geſtus variatio
- vi Multiplex ꝑ cruces ſignatio
- vij Hoſtie fractio
- viij Partis hoſtie in calicem miſſio
- ix Oſculi pacis traditio
- x Uini non ꝯſecrati ſumptio

Arti. ij. — Exponit rõem ⁊ ſignificationẽ primi p̃ncipalis quod circa miſſam ⁊ in ipſa occurrit ꝑagendum.

Lotio manuũ ante miſſam fit ad:

- I Tractandũ reuerẽter ip̃m ſacramentũ. Precioſa enĩ tractare nõ ꝯſueuerũt homines. niſi manibꝫ p̃us lotis. Unñ indecens eẽt ꝙ ad tam p̃cioſum ⁊ tã nobile ſacramentũ tractandũ quis accederet manibꝫ q̃ de facili inquinant̃ illotis.
- ij Incitandũ celebrantẽ ad deuotionẽ et internã purificationẽ. quã intẽdere dꝫ
- iij Inſinuãdũ ꝙ ꝯſecratur⁹ hoſtiã lachrymis ꝯpunctiõis lauare dꝫ p̃us ꝯſciam
- iiij Significandũ interiorẽ mũdificationẽ

Unde ſacer dyoniſius dr̃. ꝙ extremitatũ ablutio ſ̃cat ablutionem etiã a minimis peccatis. Hoc namq̧ rep̃ſentabat ablutio ſacerdotum in veteri teſtamento

Lotio digitorũ in miſſa fit:

- Añ oblationẽ vel ꝯſecratõez ad ampliorẽ
  - Reuerentiã ſacris exhibendã cum iam offerri ⁊ ꝯſecrari debent.
  - Deuotionẽ ⁊ puritatem incitandũ
  - Emundationẽ a peccatis ſignificandã
- Poſt ſacramẽti ſumptõez ꝓpt̃
  - Sacramẽti reuerentiã. ne poſt tãti ſacri ꝯtactũ digitꝫ nõ ablutꝫ ſtati alia ñ ꝯſecrata tãgant̃
  - Periculi cautelã. vt ſi aliq̃d de ſp̃ebꝫ ſacramẽtalibꝫ adheſerit digitis. ꝑ ablutionẽ tollatur
  - Mũdicie retinentiã. ſ̃cat enĩ hec ablutio. vt ſacerdos. q̃ ꝑ ſacramẽti ꝑceptionẽ preſumit̃ eẽ mũdatus poſt celebratõez mũdiciã retineat. ⁊ ne recidiuet

Ratonē ac ſignificatōez ſecūdi ꝑncipalis qđ circa miſſam agit̄ declarat — Arti. iij.

Thurificatio añ miſſaz ⁊ i ea fit ꝓpter
- I Sacramenti reuerentiā. vt ſcȝ ꝑ thuris odorē expellatur oīs malus fetor horrorē ꝓuocans
- ij Dyabolice malignitatꝭ repulſam. ne ſcȝ ille malignus ꝯ ſacrificiū vel celebrantē aliqđ machinari poſſit. hmōi eñ fumo oīa demonia fugant̄.
- iij Deuotionē ⁊ orōem celebrātis ac aſſiſtentiū ſignificandā. que ꝑ ipſos ad deum dirigit̄.
- iiij Effectū gratie repſentandū. qua ſicut bono odore xp̄s plenus fuit.

Explicat rōnem ac ſignificatōez tercij ꝑncipalis qđ circa miſſam agitur — Arti. iiij.

Altaris oſculatio añ miſſaz et in ea fit ad
- I Sacramēti ꝯſecrandi tractādi ⁊ ſumēdi reuerentiā
- ij Celebrātis amorem erga xp̄m excitandū
- iij Dilectōez iter xp̄m ſpōſuz ⁊ ecclāz ſpōſam repn̄tādā
- iiij Deteſtabilē iude ꝓditoris oſculationē ſcandā. ꝓſertim q̄ ad illā oſculationē que fit poſt ſacramēti eleuatione. cum dr̄ Ex hac altaris ꝑticipatione ⁊c̄.

Quarti ꝑncipalis qđ in miſſa agitur rōem ſignificationēq; exponit

Sacerdotꝭ ad populū
- Verſio quintuplex. quintuplicē manifeſtationē xp̄i in die reſurrectionis ſue factam repſentat — Arti. v.
- Salutatio q̄ fit Septē vicib9 (q̄nquies videlicet cuȝ ſe vertit ad ppl̄m. ⁊ bis cū ſe nō vertit. vt cum dr̄ in p̄fatione Dn̄s vobiſcū. et poſt hoſtie fractionē Pax dn̄i ſit ſp̄ vobiſcū) ſeptiformē ſpūſſancti grām ſigt — Arti. vi.

Explicat rōnem ac ſignificatōez quinti ꝑncipalis qđ in miſſa agitur

Geſtus ꝑncipalꝭ variatio eſt ſextuplex.
- I Brachioꝝ extēſio — q̄ ſigt Extēſionē brachioꝝ xp̄i i cruce
- ij Eleuatio — Directionē orōnis ad deum
- iij Cōiunctio manuū — Cōiunctōez cordis cū ore. oris cum ope. fidei cū opib9 caritatꝭ
- iiij Cācellatio — Affixionē xp̄i in cruce
- v Digitoꝝ. ſ. pollicꝭ cū indice copula° q̄ fit
  - Propt̄ ſacramēti reuerētiā ⁊ ꝑiculi cautelā ne ſi aliq̄ ꝑticula digitis adheſerit diſꝑdatur
  - Ad ſignificandā copulationē capitis cū mēbris. id eſt xp̄i cum eccleſia
- vi Corporis inclinatio. q̄ fit ad
  - Repreſentandā humilitatem ⁊ obēdientiam xp̄i. ex quib9 paſſionē ſuſcepit.
  - Incitandum celebrantē ⁊ aſſiſtentes ad humilitatem ⁊ deuotionē.

Rationē ⁊ ſignificationē ſexti ꝑncipalis quod in miſſa agitur declarat. — Arti. vij.

Multiplex ſignatio ꝑ cruces fit ad repſentandū modū ⁊ ordinē dominice paſſionis Et q2 illa paſſio quibuſdā gradib9 fuit pacta Quedā eñ paſſionis ꝑtes crucifixionē preceſſerūt. ⁊ quedā in cruce ꝯſummate ſunt. Ideo etiā quedā cruces fiunt ad repſentandū ea. q̄ paſſus eſt dn̄s añ crucifixionē. vt ille q̄ fiunt añ ꝯſecrationē. Quedā vero fiūt ad repn̄tandū ea q̄ in cruce vel poſt crucē fcā ſunt. ſic ille q̄ poſt ꝯſecrationē fiūt

# Capitulum

Perficit autē iſta ſignatio ꝑ decem vices.

i Cruce — Triplici ſub ill' ꝟb — Nec dona / Hec mūera / Hec ſcā.ſa.

ij Cruce — Triplici ſub ill' ꝟb — Benedictā / Aſſcriptam / Ratam

ad repn̄tandū — Traditionē xp̄i factam a deo p̄re. iu/da. ꝛ iudeis — Venditionē ꝑfectā a ſacerdotib⁹. ſcribis et phariſeis. vel venditiōis preciū. ſ. triginta denarioꝝ. Iudā venditorē

Ubi addit duplex crux ſub illis ꝟbis — Corpus / Sāguis — Ad repſentandum — Iudā venditorē / Criſtū venditū

iij Cruce — Unica in — Corporis

iiij Cruce — ꝯſecratiōe — Sāguinis — ſub illo ꝟbo — Bn̄dixit / Bn̄dixit

Ad repſentandū preſignationē paſſionis xp̄i factā in cena ꝑ hu⁹ ſacramenti inſtitutionē ſub ſpecie panis ꝛ vini. Vel ad repſentandū paſſionem xp̄i in corpore ꝛ anima

v Cruce q̄ntuplici ſub illis ꝟbis — Hoſtia puram / Hoſtiā ſanctā / Hoſtiā imacu. / Panē ſcm̄. v. e. / Calicē ſa. ꝑpe. — Ad repn̄tandū pla/gas q̄nq ſiue vulne/ra quinq ꝓncipalia corporis xp̄i.

vi Triplici ſub illis ꝟbis — Corpus / Et ſangui. ſump. / Cum benedictiōe

Ad repn̄tandū corporis xp̄i extenſionē in cruce. ſan/guinis effuſionem. ꝛ paſſionis fructum.

vij Triplici ſub illis verbis — Sāctificas / Viuificas / Benedicis — Ad repn̄tandū triplicē xp̄i orōem in cruce. ſ. pro ꝑſecutorib⁹. liberatiōe a morte. et adeptiōe glie.

viij Cruce Triplici ſub illis verbis — Per ip̄m / Et cū ipſo / Et in ipſo — Ad repn̄tandū tres ho/ras q̄b⁹ xp̄s in cruce pe/pendit. q2 ab hora ſexta vſq ad nonā

ix Duplici ſub illis verbis — Deo p̄ri omnipotēti / In vnitate ſp̄ūſſancti

Ad repn̄tandū ſepationē anime xp̄i a corpore.

x Triplici ſub illis verbis — Pax dn̄i / Sit ſemp / Vobiſcū — Ad repn̄tandū xp̄i reſurrectionē tercia die factam.

Arti. viij. Exponit rōnem ac ſignificationē ſeptimi ꝓncipalis qd agitur in miſſa

Hoſtie fractio fit ad — Obſeruandū formā quam xp̄s circa ꝯfectionē huius ſacramenti tenuit. Ipſe eīm panem fregit ꝛc.

# Decimum

¶ Hoſtie fractio etiam fit ad ¶ Repſentandū
- Paſſionē xp̄i. in qua corpus eius vulnerationib⁹ fractū ſiue diuiſum fuit.
- Diſtinctionē corporis xp̄i miſtici ſm̄ diuerſos eius ſtatus

Rationē ⁊ ſignificationē octaui ꝑncipalis quod in miſſa agitur declarat. Arti. ix.

¶ Circa miſſionē ptis hoſtie in calicē aduertendū eſt. ꝙ hoſtia frangit̃ primo in duas medietates. ad deſignādū duplicē ſtatum p̄deſtinatoꝝ. ſcꝫ eoꝝ q̄ ſunt in eterna gl'a. ⁊ eoꝝ qui ſunt in tp̄ali miſeria. Illa nāqꝫ medietas q̄ ex manu dextra ſup patenā indiuiſa collocat̃ ſ̄cat p̄deſtinatos qui iā adepti ſunt beatitudinē. que ꝑ dextrā intelligit̃. Alia vero medietas q̄ in ſiniſtra manu retinet̃ in duas ptes diuidit̃. quaꝝ vna medietati ſup patenā collocate ꝯiungit̃. ⁊ ſ̄cat illos q̄ ſunt in purgatorio. q̄ quidē licet beatitudinē nondū habeāt. ſunt tñ certi de ea Altera vero ps q̄ poſt hanc diuiſionē in dextra tenet̃ mittit̃ in calicē. ⁊ ſ̄cat p̄deſtinatos adhuc in ſeculo viuētes. qui q̄uis de btītudine habēda certi nō ſint illam tñ virtute paſſionis ⁊ ſanguis xp̄i ꝯſequent̃. licet ꝑ multas tribulationes. que ꝑ calicem ſignificātur.

Aſſignat rōnem ⁊ ſignificationē noni ꝑncipalis quod in miſſa agitur. Arti. x.

Poſtq̄ꝫ ſacerdos dixerit Agnus dei ⁊c. oſculat̃ librum vel altare vel aliud ſm̄ ꝯſuetudinē loci. Et deīn miniſtrū vel hꝫ ymaginē vel tabulā ꝑ eundē ſibi porrectā. que vlteri⁹ exhibet̃ aſtantib⁹ oſculāda Primo iō vt celebrās nō ſolū cum deo pacē. ſed ⁊ cum ꝓximo ſe habēre ꝓteſtetur Scd̄o ideo. vt alij oſculātes ꝓfiteant̃ ſe eſſe ꝯiūctos in vnitate fidei per xp̄m in ara crucis immolatum.

Rationē ⁊ ſignificationē decimi ꝑncipalis quod in miſſa agitur exponit. Arti. xi.

Poſt ꝯmunionē ⁊ calicis ac digitoꝝ cū vino ablutionē ſumit̃ illud vinū Primo iō. vt reliquie ſpēꝝ ſacramētaliū (ſi q̄ in ore remāſerint) cū illo trāſglutiant̃ Scd̄o ideo. vt ꝑ h̄ ſignificet̃ ꝙ ſacerdos deinceps manere debeat mūdus. et ſ̄uare ſaporē ⁊ odorē vini ꝯpunctiōis ⁊ triſticie in corde. grāꝝ actōis ⁊ leticie in ore. recte ꝯuerſatōis ⁊ iuſticie in vita

Supius determiāta breuiter epilogās. ⁊ hoc opus ꝯcludens (et ope Arti. xij.

Ea q̄ circa officiū miſſe q̄ ad miniſtꝝ. celebrādi locū. tēpus. ac cetera in ſummario hui⁹ opis notata. dubitatōēꝫ ingerere pñt. ſub ꝯpendio ſufficiēter reſoluta putam⁹. Nā ſi aliq̄ alia occurrāt. ex his q̄ diffinita ſunt diligēter ꝯſiderat̃ facilit̃ ſolui pñt Sollicite p̄terea curet ille ꝑ cui⁹ negligentiā error aliq̄s ꝯmiſſus fuerit. vt debitā ſup illo pñiam agat. Et q̄ iuxta ſacroꝝ canonū ꝯſtitutōes q̄dā defcūs ſpecialē exigūt ſatiſfactionē. tutū eſt vt in caſib⁹ difficilib⁹ p̄latus ſupior ꝯſulatur. cui tales ſunt reſeruādi

Nō lateat deniqꝫ lectorē doctores diuerſos circa q̄dā in ſupiorib⁹ dcā nō vniformit̃. ſꝫ ſepius ꝯrīe ſentire. vñ fieri nō poteſt vt ſinguloꝝ ſentētias imitemur Sꝫ h̄ nobis ſufficiat vt oī affectu ad opināntes ſecluſo. id qđ nobis veri⁹ aut magis ꝯgruū viſum eſt diffiniuerim⁹. ad gl'am ihu xp̄i. qui cum p̄re ⁊ ſpū ſancto viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculoꝝ bñdictus. Amen

¶ Explicit reſolutoriū dubioꝝ circa celebrationē miſſaꝝ occurrentiū
Impſſum Colonie ꝑ Henricū Quentell. Anno dñi M.cccc.xciij.

BIBLIOTHEK
KARLSRUHE

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

In usum Frē Jas: Unger: Anno 92

Tincta dedit uniis: sed pars nō tincta superni
Alia fidelibus in limbo prodest animabus.

B. V 17



BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg

In … ri. Anno 90

Tincta data … ernis
Alia fidelis in … t.

V 17

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg